

quia in casu de quo loquitur causa erat deuoluta ad iudicem alterius Tribunalis, cui non erat subordinatum aliud Tribunal, ut ex dict. *Imol. ibi* apparet, & satisfaciens doctrinæ Bart. in d. l. cum apud iudicatum solui, dicit Franchis dict. num. 4. quod textus in dict. l. 3. procedit, quando mutatur iudex qui est penitus extraneus cum primo, ipse Franchis repetit eandem responsionem decis. 601. nu. 7. & 8. idem tradit Aretinus consil. 87. num. 3. ubi doctrinam Ioannis Andreae in titulo de satisfdat. §. Expedito, dicit procedere quando causa deuoluitur ad aliud Tribunal non subrogatum in locum primi, sequitur Cane. lib. 3. variarum cap. 12. nu. 111. 112. & 113. & ita explicat nouissimè Fontanel. decis. 238. part. 1.

28 Optimè Marta de iurisdictione Eccles. p. 4. centuria 2. casu 178. num. 9. & 10. ibi: Et non sit causa euocata ad aliud Tribunal de quo non fuit cogitatum, & quod non venit in consequentiam, & ex natura instantiæ, in qua fuit cautum, ut si scholaris, vel alius priuilegiatus trahat ad suum forum, nec Princeps ad se præter formam ordinariæ iurisdictionis euocet, & alio remittat, quia tunc statim perijt stipulatio, & fideiussio, & infra latè prosequitur Marta, Molfesio in summa Theologiae Moralium, tractat. 12. de contrahibus cap. 19. num. 62. & num. 106. Hodier na ad Surdum decis. 212. num. 9. & 10. pagina 262.

29 Si casus iste noster fuisset, quia Senatus præter ordinarium cursum negotiorum aduocasset causam, & Chancellariam inhibuisset, & de negotio prædicto cognouisset, certè fideiussores de hoc casu præter morem accidenti non cogitauerunt, & sic obligati non essent ad soluendam condemnationem a Senatu factam, sed (ut dictum est) Senatus causam non aduocauit, sed actor voluntariè primum iudicium reliquit, & coram Senatu comparuit, & iudicem petijt, & ita versamur extra omnem dubitationem.

30 Quartus casus est quando litependente in aliquo Tribunali in quo præstita fuit fideiussio de iudicato soluendo, remissa fuit causa ad aliud ad quod eius cognitio pertinebat (& quamuis casus iste non est in quo versamur, nam ut est dictum non fuit deuoluta causa) attamen eius determinatio, ut in casu difficiliore confirmat fideiussorum iustitiam, ex Franchis decis. 601. per totam, in qua fuit reuolutum fideiussores datos in consilio sanctæ Claræ de iudicato soluendo, non fuisse obligatos pro decisis per Regiam Camerae summaræ, cui causa remissa fuit, quia erat diuersum Tribunal, & de quo fideiussores non senserunt, quia non existimarunt causam alibi, quàm in Senatu determinandam, ibique omnes ponderationes huius materiæ examinatæ sunt, & explicatæ decisiones ipsius Franchis 320. 344.

31 Et præcipuè ponderatum est, quòd quæuis Tribunalia Neapolis subiecta erant nostro Regi, & habebant iurisdictionem ab eo emanatam, his non obstantibus, iam inter ea Tribunalia erat distributa iurdictio, & regulariter vnum Tribunal de negotijs alterius cognoscere non potest, non obitante quòd sacrum Consilium habebat omnimodam iurisdictionem, ut patet ibi num. 4. & 5. & num. 16. cum duobus sequentibus, & ita fuit pro fideiussoribus decisum, quod non tenentur pro condemnatione Regiæ Camerae.

32 Quæ quidem decisio est communiter ab omnibus Neothericis sequuta, ut patet ex Molfesio ad consuetud. Neapolitan. part. 4. quest. 16. num. 30 pag. 195. & in summa Theolog. Moral tom. 2. tractat. 12. cap. 19. num. 62. & num. 106. Mastrill decis. 126. num. 10. Galup. in praxi 2. part. capit. 3. num. 39. & 40. Didaeus de Mari in addit. ad Gixarellum decis. 14. pagina 106.

33 Atque ita data hac fideiussione coram iudicibus criminalibus Chancellariæ, & de eorum iussu, non possunt fideiussores conueniri ex sententia in alio Tribunali prolata.

34 Quintus casus est quando legitimè causa pendet coram vno iudice competente, & Princeps sua potestate vtens aduocat causam, & eam remittit iudici particulari delegato: tunc enim ex supra relatis fundamentis, certissimum est fideiussorem non esse obligatum, ut per Morot. dict. respons. 49. num. 1. usque ad 4. ubi pendente causa coram Prætorè Niciæ ad instantiam partis fuit auocata, & commissà Chancellario Osasco, tanquam Principis delegato, qui in ea protulit sententiam, quæ exequi intendebatur contra fideiussorem datum coram Prætorè Niciæ, qui allegauit hoc delegationis fundamentum, & quod ex ea erat extincta prima instantia, & quod sic obligatus non erat pro determinatis à delegato, & Morotius dict. respons. 49. num. 1. usque ad 4. decidit in fauorem fideiussoris, & num. 2. contra hoc opponit doctrinam Bart. & Angel. in d. l. cum apud Sempronium, ff. iudicatum solui, quatenus dicunt fideiussorem teneri pro iudicato à delegato iudicis coram quo fuit præstita fideiussio, & respondit Morotius, quod Bart. & Angel. loquuntur de delegato electo ab ipso iudice cognoscente, & ita dicitur successor illius, quia ab ipso habet iurisdictionem delegatam, & ideo est vnum Tribunal, quia delegatus cognoscit de mandato iudicis, & quod diuersum est, quando Princeps delegat causam inhibendo iudici cognoscendi, quia tunc iste delegatus non est successor primi iudicis, nec eorundem est vnum Tribunal, sed diuersa, & sic fideiussor liber remansit, quia instantia prima fuit finita, idem latè probat Marta de iurisdictione Ecclesiæ part. 4. casu 178. num. 11. usque ad 14. ubi benè comprobat, & nouissimè Donatus



natus Antonius de Marinis lib. 1. *quotidia*. cap. 138. *ex num.* 34.

35 Qui casus difficilior est nostro, quia in eo Princeps causam delegavit supponens pendere coram primo iudice, & videbatur delegatum esse successorem, & utrumque constituere vnum Tribunal, & fideiussor poterat estimare posse Principem causam aduocare, & alteri delegare, & nihilominus, quia aduocatio hæc est extraordinaria, & quæ non venit in mentem fideiussoris, hi Doctores resoluunt fideiussorem non esse obligatum: at vero in nostro casu causa, non fuit prosecuta in Granatensi Chancelleria ex actu voluntario accusatoris, qui spontaneè ab illa causa desistit, & aliam denuo in Senatu instituit per viam nouæ quærellæ, quæ finem accepit vltima sententia, cuius executio nunc intenditur.

36 Sextus casus est, quando contra principalem proceditur in contumaciam, & causa non defensa, vt per Thesaur. *dict. decisio.* 202. *num.* 14. Pancirol. *consil.* 14. *num.* 16. & *consil.* 68. *num.* 16. & 17. & quando fuit aliquis citationis defectus, vt per Morot. *respon.* 49. *num.* 5.

37 Et hic fuit totalis defectus in substantia, & determinatione litis, quia quando iudex Perquisitor ad oppidum de Valdepenas peruenit, iam decesserat Bartholomæus Montefinos reus, ex quo erat delictum extinctum, & causa procedendi contra eum: & vt poena ad hæredes transeat, necessum est, quod lis sit contestata cum defuncto, *lex iudiciorum, de accusat. l. unica, C. ex delict. defunct. §. Non autem omnes, institut. de perpet. & temp. act. l. 25. tit. 1. l. fin. tit. 9. part. 7. Farinat. in prax. quæst. 10. num. 5. Causal. centur. 3. casu 298. num. 1. 2. & 3. & sic fideiussor obligari, non potuit ad solvendam condemnationem nulliter factam propter delictum, iam morte rei extinctum.*

38 Nec obstat contra supra relata fideiussores fuisse citatos in causa secunda, & quod sententiæ fuerunt contra eos prælatæ.

39 Nam vt ex executoria constet, quando iudex Perquisitor peruenit ad oppidum de Valdepenas, iam mortuus erat reus, & illi defensores nominauit, & iussit fideiussores citari, quo executio, nulla alia intimatio fuit facta in omnibus instantiis, & in capite sententiæ iudicis solus Gregorius Lopez nominatus fuit (non vt fideiussor) sed vt defensor defuncti, & in sententijs visionis, & reuisionis idem factum est, & sic quomodocumque sententiæ iueant solui condemnationem ex bonis defuncti, & fideiussorum, non eis præiudicant, quia citati non fuerunt, quod quidem requisitum substantiale est, cuius defectus facit nullam sententiam, *cap. 1. de caus. possess. l. nam ita Diuus, de adop. l. f. p. l. de vnoquoque, de re iudicat. & sententiæ non porrigit suas vires ultra personas, quæ in iudicio interuenerunt, l. & an*

*eadem, ff. de except. rei iudicate, Caneer. lib. 3. c. 17. n. 40. cum quinque sequent* Et quando cum his fuisset causa sequuta, & sententiæ pronuntiatæ, adhuc victi non remanerent in nullitate fideiussionis, nec exclusi, vt possent opponere, & asserere ad illum casum non extendi fideiussionem, quia sententiæ sunt legales, & disponere quod cõdemnatio soluator ex bonis, habet implicitam qualitatem prout de iure, *l. miles, §. decem, ff. de re iudic. Bart. in l. si fundus, §. in vendicatione n. 4. ff. de pign. & in terminis Rota per Farin. decis. 524. n. 4. tom. 1. in posthumis.*

### EXCEPTIO TERTIA.

*Circa executoria quam obtinuit Gregorius Lopez confideiussor dictarum Bernardæ de la Fuente, & Mariæ Ordoñez.*

40 **Q**uando præcedentes exceptiones nõ sufficerent, nullam dubitationem relinquebat executoria obtenta à Gregorio Lopez confideiussore Bernardæ, & Mariæ, per quam fideiussio à Gregorio facta in fauorem Bartholomæi de Montefinos declarata fuit nulla.

41 Nam vt constat ex libellis, tria remedia deducta fuere. Primum, transactio facta à Iosepha Gabriela in qua ob certam quantitatem à lite contra fideiussores incepta desistit.

42 Secundum, quod fideiussio erat nulla, quia non extendebatur ad executorium, cum data solum fuisset pro causa Chancelleriæ Granatensis.

43 Tertium, quod cum esset agricola Gregorius Lopez fideiussionem præstare non potuit in fauorem Montefinos, qui non erat eius ministerij, propter prohibitionem pragmaticæ anni 1619.

44 Post contestationem, & prosecutionem huius intenti fuit sequuta sententia Curiæ Prætoris, & confirmata in Senatu, in qua pro nulla data fideiussione, iussum fuit, vt nec ea, nec executoria vteretur Iosepha Gabriela.

45 Quæ executoria prodest correis debendi, obligatis cum eo in scriptura, ex doctrina Bart. in *authent. hoc ita, C. de duobus reis, num.*

43. *versic. Quarto quæro*, vbi dicit, quod sententia, quam obtinet aliquis correorum debendi super facto, quasi non sit debitum, vel quasi non fuerit contractum, utilis est cæteris correis, quam doctrinam per eadem verba repetit ipse Bart. in *l. ex duobus, num. 16. vers. Quarto quæro, ff. de duobus reis*, quam conclusionem dicit Bartolus probari ex textibus, qui decidunt sententiam fauorabilem, quam obtinet fideiussor, esse vtilem debitori principali si ex eo damnum ipsi fideiussori non sequatur, *l. amissi, §. 1. ff. de fideiuss. l. duobus, §. à fideiussore, ff. de iure iurand.*

46 Hanc Bartoli opinionem, sequuntur Angel. in *l. ex duobus*, Socin. *Sen. consil.* 283.



columna penult. lib. 2. Crauet. consil. 206. num. 7. versio. Similiter, Fabio de Anna consil. 89. n. 6. lib. 1. & consil. 99 num 9. lib. 2. Riccio decis. 281. part. 2. num. 5. per totum, Ponte consil. 137. num. 14. volum. 2. Apicella iunior in addit. ad Patrem tractat. de dilatione quinquennali tit. 1. num. 112. pag. 9.

47 Et hæc quæstio decisa est in nostro Regno, per l. 20. versio. Pero cosas bi ha, & l. 21. tit. 22. part. 3. & ita notat Gregor. in dict. l. 20. glof. 7. verbo, En razón de aquellas cosas.

48 Prædicta comprobantur, ex doctrina Alexandri in dict. l. 1. spē, de re iudicat. num. 25. ubi resoluit, quod si ille qui petit virtute vnus instrumenti, causam amittit, ex eo quod instrumentum fuit declaratum nullum, ei obstat exceptio rei iudicatæ, vt petere non possit illius virtute ab alijs obligatis in eodem instrumento, quia eis utilis est sententia quam correus obtinuit. tum quo lingatum est, quod bene explicat Ponte consil. 153. num. 9. volum. 9.

49 Nec obstat replicare Gregorium Lopez obtinuisse executoriali ex eo solum, quia Agricola erat, & non ex alijs remedijs propositis, nam satisfit ex glossa in l. si quis cum totum, ff. de exceptione rei iudicatæ, quæ probat quod sententia præsumitur lata ex causa in actis deducta, & prosequuta, & Bart. ibi dicit: Hanc glossam esse multum notandam ad inquirendum, & sciendum de qua re cognouit, & pronuntiavit iudex, sequitur Surdus consil. 312. n. 16. lib. 3. Schrader. de feudis tom. 1. part. 9. cap. 7. num. 130 Capicio Galeota controuers. num. 7 & sequent. part. 1. & controuers. 35. num. 18. & 19. part. 2. ex quo dici non potest executoriali solum fuisse obtentam ex priuilegio agriculturæ.

50 Sed in fauorem Bernardæ de la Fuente, concurrunt alia particularis ratio, ad hoc, vt quæuis executoriali ex tali priuilegio expediretur, ea iuuari deberet, nam exacta quantitate ex sua dote, redundabat in præiudicium Gregorij Lopez, quia priuabatur dominio huius dotis constante matrimonio, & in his terminis exceptio personalis vnus correi alteri prodest, Bouius in tractat. de statut. vrbis præscript. si 21. num. 64 Carolus de Grassis de exceptio. except. 32. num. 57 Genua de scriptura priuata lib. 3. cap. 53. q. 1. n. 16 pagina mihi 172.

51 Ex quibus omnino constat reuocandum decretum à quo supplicatio introducta fuit. Saluo, &c.

Causa in Senatu ad fauorem harum partium fuit decisa, solum in articulo iurisdictionis negotio iudicibus ordinarijs oppidi de Valdepeñas remisso.

#### SVMMARIVM Allegationis XVI.

1 Præsentio partis refertur, vsque ad 5.

6 Schemata bancharia habet vim solutionis.

7 Campfor schedulam banchariam acceptans efficaciter obligatur, etiam si scribens decoquat.

8 Delegatio inducitur per acceptationem schematule, & annotationem in libro cambij, & scribens liberatur.

9 Mercatorum stylus ita obseruat. Rota Genuens. decis. 4. de mercatura, num. 9. & 10. ponderatur.

10 Franchis decis. 303. declaratur.

11 Schemata bancharia pro soluendo assignata non liberat dantem.

12 Liber banchi plenè probat contra eum.

13 Exceptiones partis aduersæ referuntur, vsque ad 18.

19 Banchem acceptans schedulam eius, qui in eo pecuniam non habet, censetur fideiussor.

20 Bancharij Hispania erecti fuerunt, non solum ad artem campforiam exercendam, sed ad alia plura negotia.

Fideiussor banchi constituti ad contractus generaliter celebrandos, pro omnibus tenetur, etiam quod non tangant artem cambij.

Bald. consil. 493. & consil. 494. 495. lib. 33 explicatur.

21 Mos antiquus campforiorum Hispaniæ refertur.

Fides banchorum non debet alios decipere.

22 Mandatum speciale requiritur ad fidei iubendum, nisi fideiussio fiat in utilitatem domini.

23 Procurator ad accipiendas mutuo pecunias, potest eas sub usuris accipere si mandans id consuevit.

24 Contractus factus intelligitur secundum consuetudinem loci.

25 Fideiussor limitate intercedens, non tenetur pro alio contractu.

Bald. consil. 187. lib. 4. & consil. 142. lib. 5. explicatur.

Debitum ex vna causa potest ex consensu partium in aliam transfundi.

26 Censur benè constituitur ex credito antea debito.

27 Bald. consil. 142. col. 2. versio. Vnde si mercator scripsit lib. 5. explicatur.

28 Fideiussor habet contra principalem actionem mandati.

29 Creditor mutuans pro credito banchi omnibus creditoribus eius præfertur.

30 Et qui mutuat ad formandum, & conseruandum banchem.

Paul. consil. 285. lib. 1. expenditur.

31 Mutuum vertitur in utilitatem banchi, non solum quando immediate in sui utilitatem accipitur, sed etiam quando soluitur pecunia primo mutuanti.

Quod exornatur.

32 Campfor non potest creditori mutuanti præiudicare scribendo partitam stylo diuerso, & in diuerso libro quam debuit.

Paulus consil. 285. num. 2. lib. 1. expenditur, & num. 33.





- 34 Creditores banchi praiudicati remanent ex partita scripta in eius libris, & num. 35.  
 36 Creditor suum creditum probans per confessionem debitoris, non postponitur probanti per veram numerationem.  
 37 L. Titius ff. quæ res pignori, remissiue explicatur.  
 38 Confessio mariti dotem probat quando transacta sunt tempora opponendi exceptionem de dote cauta, & non numerata, & n. 39.  
 40 Refertur factum cuiusdam contrariae oppositionis, usque ad 45.  
 46 Factum oppositionis est incertum, & n. 47.  
 48 Consignatio solutionis pecunie, signum est venditionis perfectæ.  
 49 Implementi defectus non obstat quando ex eo damnum parti sequutum non fuit.  
 50 Dominium rei non acquiritur ei in cuius capite apposta est.  
 51 Simulationem non arguit quod venditor remaneat in rei possessione, si hoc sit ex iusta causa, & num. 52.  
 53 Dominium rei venditæ non transfertur quando per dolum fides de pretio habetur, usque ad 55.  
 56 Et dolus arguitur si emptor breuiter foro cessit.  
 57 Sed intra quantum tempus decoctio sequi debeat, disputatur.  
 58 Arbitrarium esse iudici, plures tenent, & num. 59.  
 60 Schedulam banchariam pro soluendo dans non liberatur quo usque sequatur effectiua solutio, & num. 61.  
 62 Secus si in solutum datur, quia tunc periculum decoctionis pertinet ad accipientem.  
 63 Quia præsumitur notam habere qualitatem debitoris, & num. 64.  
 65 Quod non procedit data scientia insufficietia debitoris in creditore similem schedulam dante, & num. 66.  
 67 Fallimentum banchi non operatur, quod partita scripta in libris desinat esse bancharia, & num. 68.  
 Bald. conf. 399. alias 400. lib. 5. exornatur, & num. 80.  
 69 Proximè foro cessurus, potest liberè contrahere donec ei administratio bonorum interdicitur.  
 70 L. 7. tit. 19. lib. 5. Recopil. expenditur, & num. 71.  
 72 Prædict. l. 7. dispositio fundatur in præsumptione doli, & ita cessante dolo cessat.  
 73 Res iudicata in alijs causis plurimum prodest.  
 74 Dolus in contractu commissus, non praiudicat tertio, & num. 75.  
 76 Aliquæ obiectiones diluuntur, usque ad 83.  
 84 Epistola non probat contra tertium, usque ad 87.  
 88 Acta iudicis per scripturam, & processum

- probantur, & non alio modo.  
 89 Instrumento referenti non creditur, non confilto de relato.  
 90 Decretum in iudicio executiuo, non praiudicat in ordinario.  
 91 Nec quod sit absque citatione partis.  
 92 Cancelatio scripturæ illegitimè facta, nullū operatur effectum.  
 93 Nec facta à debitore, vel alio tertio.  
 94 Factum à iudice, iuris ordine non seruato, non praiudicat, usque ad 96.  
 97 Factum iudicis inordinate procedens parti non praiudicat, usque ad 99.  
 100 Decoctus per fallimentum, pro mortuo habetur, & non potest contrahere, & nu. 101.  
 102 Mandatum per fallimentum procuratoris expirat, & hæc reuocatio cum sit legalis praiudicat omnibus decoctionis inscis.  
 L. si cum Cornelius 72. ff. de solut. exornatur.  
 103 Mandatum per decoctionem mandantis reuocatur.  
 104 Decoctionis signum est, debitorem esse in carcere, & num. 105.  
 106 Transactio super re certa ad alias non extenditur, usque ad 108.  
 L. si de certa, C. de transact. exornatur.  
 109 Pactum de non opponenda compensatione, ut iniquum reijcitur, usque ad 111.  
 112 Renuntiatio strictè accipienda est.  
 113 Renuntians instrumento non censetur renuntiare contractui.  
 114 Duo remedia habens si super vno in iudicio succubuit, potest alterius virtute de nouo litigare.  
 115 L. quod in diem, §. si rationem de compensat. explicatur.  
 116 Quædam obiectio diluitur, & num. 117.  
 118 Responderetur alteri partis exceptioni, & num. 119.  
 120 Creditores banchi in illius bonis pro rata concurrunt, & num. 121.  
 122 Fideiussio prestita pro exactione pecunie operatur, quod semper dicatur extare in consumpta, & num. 123.  
 124 Fiscus in suis contractibus semper habet vsuras.  
 L. cum quidam, §. ex locato, vers. Fiscus. ff. de vsuris, exornatur.  
 125 Decisio causæ refertur.

## ALLEGATIO XVI.

## P R O

Petro Iordan, Regij Fisciecessionario, cuiusius D.  
 Fisci Patronus coadiuuat.

## C O N T R A

Deputatōs, & creditores fallimenti Iacobi  
 Mortei.



## EPITOME ALLEGATIONIS.

- I Partita bancharia, quæ dicatur.
- II Fideiussores banchi tenentur pro omnibus contractibus cum eo gestis cuiuscumque sint naturæ, si fideiussio amplius verbis sit concepta.
- III Contractus ante fallimentum gestiti quando validi sint.
- V Differentia quæ versatur inter dationem schedulæ banchariæ pro soluto, vel pro soluendo.
- V Contrascriptio partitæ banchariæ non citato creditore nulla est.
- VI Transactio non extenditur ultra res super quibus erat controuersia.
- VII L. si de certa, C. de transactionibus explicatur.
- VIII Fisco in suis contractibus semper debentur vsuræ.

**I** Dilectio huius causæ vertentis inter defensorem bonorum Marci Antonij Iudici (cuiusvis D. Procurator fisci coadiutor) ex una parte: & Deputatos fallimenti banchi Iacobi Morrei Hispanensis, & suorum creditorum ex alia, proponitur.

Præterit Marci Antonij defensor confirmandam esse sententiam in hac lite per Senatum pronuntiatam, in qua condemnati fuere prædicti Deputati, & creditores, ad solutionem, & restitutionem faciendam dicto Marco Antonio Iudici, & Regio patrimonio suo nomine 18. comp. 83. 11773. marapetitorum crediti bancharij, quod prædictus Iacobus Morreus, debet Marco Antonio, & quod ad hunc effectum creditores, quibus facta fuit assignatio in redditibus iurium Regalium, & effectuum dicti banchi, restituant eos, ut fiat distributio per æs, & libram, inter creditores prædicti banchi, & Marcum Antonium tanquam vnum ex eis, ut eos attigerit.

2 Intendit prædictus defensor confirmandam sententiam pronuntiatam die 2. Aprilis anni 632. in qua fuit declaratum creditores restitutos prædictos redditus, & effectus cum fructibus, & redditibus quos perceperant à die adjudicationis eorum, vique ad realem restitutionem.

3 Ex facto huius litis resultat Michaellem

Tacin, nomine, & virtute mandati Marci Antonij Iudici, vendidisse Nicolao de Aluaro incolæ ciuitatis Hispanensis 3. comp. 7509. marapetinos reddituum, in iuribus Regijs quottannis ad rationem viginti in diuersis partitis, & dictis Aluaro soluit pretium principale dicti iuris Regalis in certa forma, & 18. comp. 83. 11773. marap. residua consignata fuere nomine dicti Marci Antonij in dicto banchio Morrei, ut solverentur in pecunia numerata, & pactum fuit, quod non obstante quod adiudicatio erat sub hac forma, non exigerentur, nisi post lapsum quatuordecim mensium sequentium, aut ante, si Regia clasis, & naues venissent ex India cum argento Regio, & particularium sub protectione Archistrategi D. Ludonici Faxardo.

4 Hanc consignationem accepit banchum, & scripta fuit in eius libro, die 22. Ianuarij anni 602.

5 Et hoc resultat dictum Marcum Antonium Iudici creditorem banchi in prædicta quantitate, & redditibus remansisse, ad quod in sui fauorem, quatuor conclusiones communiter receptæ, faciunt.

6 Prima, quod cum esset creditor Marcus Antonius emptorum iuris Regalis vsque ad residuam quantitatem sui pretij, idem fuit quod soluere de præsentibus, prædictam partitam in banchio assignare, schedula enim bancharia habet vicem solutionis quoad omnes iuris effectus, Bartolus in l. si solutus, ff. de solut. Rota apud Patrem decis. 16 alijs 56 lib. 1. in 2. editione, Giurba decis. Siciliæ 38. num. 10. vbi alijs relictis, loquitur in deposito, & in constitutione census, quod schedula bancharia habeat vicem constitutionis census in pecunia numerata, Cenc. de censib. part. 2. cap. 1. quest. 1. art. 7. num. 14. pag. 92. Milanens. decis. Siciliæ 2. num. 66. lib. 2. & in schedula bancharia, Rota per Statilium Pacificum decis. 270. num. 3. post tract. de Saluian. interdicto, vbi loquitur de redemptione census, Farinac. decis. 154. num. 2. post 2. tom. conf. crimin. Bellon. Iunior conf. 92. per totum, Cenc. d. art. 7. n. 13. pag. 92. & p. 3. c. 1. g. 3. art. 9. n. 37. pag. 230. Muta ad caput Siciliæ tom. 5. super Bulla de censibus, num. 132. & 151. dixi latè infra allegatione 32. n. 9.

7 Secunda conclusio est, quod per acceptationem schedulæ, quam banchum fecit, contractum cum Marco Antonio Iudici iniit, cuius virtute efficaciter obligatum remansit ad solutionem 18. comp. & prædictorum milliū marapetitorum, ac siab ipso Marco Antonio de præsentibus eos accepisset, ad quod est expressa Saliceti doctrina in l. si filius familias, la segunda, ff. ad Macedonianum, vbi hoc ampliat post longam disparationem, quamvis qui schedulā super banchio dedit decoquat, idem Salicetus in l. pro debito, C. de bon. author. iud. possid. quā refert, & sequitur Barbacia conf. 37. illud addu-

cam,



cam, col. 2. vers. Facit etiam, vol. 1. Surdus conf. 528. num. 14. lib. 4. Franchis tota decis. 303. Gratian. tom. 3. cap. 569. num. 16. 17. & seqq. Scaccia de commercijs, §. 2. gloss. 5. quæst. 11. nu. 327. pag. 382. Gait. de credito, cap. 2. tit. 7. nu. 2376. Amat. variar. cap. 47. num. 20. Rouit. ad pragmat. 1. de literis cambij, num. 5. in fine, Pachel. de patria potest. part. 1. cap. 8. num. 70. Castill. tom. 4. cap. 59. num. 27. & 28. & sequentibus, Mastrill. decis. 221. num. 18. part. 3. Manentus conf. 18. num. 11.

8 Tertia conclusio est, quod post acceptationem schedulæ per banchem, & subscriptionem partitæ in libro ad fauorem creditoris qui chyrographum præsentauit, inducitur vera delegatio, & qui schedulam dedit liber remanet, ex doctrina Bart. in l. singularia, ff. de rebus creditis, num. 19. Manent. decis. 72. num. 28. vsque ad 32. & plures DD. pro hac opinione refert Amat. cap. 47. num. 30.

9 Et practica communis inter negotiatores, hanc opinionem recepit, vt per Rotam Genens. decis. 4. num. 9. & 10.

10 Et Authores contrariam opinionem sequentes, scilicet quod ad nouationis inductionem necessum est acceptantem schedulæ, debitorem esse dantis in eadem quantitate, loquantur in diuersis terminis, & quando controuersia est inter particulares, & non interuenit banchem, cuius fides ex publico approbata est, & sic sufficit quod partita in libro sit scripta, ad hoc vt banchem ad solutionem teneatur, vt docet Franch. decis. 303.

11 Et quod hic defenditur est, banchem Iacobi Morrei huius partitæ debitorem constitutum esse, & per consequens Castellanos, Marco Antonio Iudici creditore banchario remanente, quin alterius creditor esse destinatur: itaque quem libuerit conuenire poterit ad restitutionem partitæ prædictæ: nec tenetur se adstringere ad petendum potius ab vno quam ab altero, quia habet electionem Marcus Antonius ad conueniendum vtrumque, tam quia contractus ita confectus fuit, quam quia hoc est iuri consonum, quod quando schedula non datur in solutum, sed pro soluendo, remanent tam acceptans, quam scribens obligati ad solutionem, vt docet Faber in suo Codice, lib. 8. tit. 28. de nouat. fol. 657. diffinitione 9.

12 Quarta conclusio est, partitam scriptam in libro banchi plenam facere probationem, & banchi præiudicare, l. Publica, §. finali, ff. de postul. l. quidam, ff. de const. pecul. generaliter, C. de non numerat. pecun. l. cum de indebito, §. finali, ff. de probat. Escobar de ratiocinijs, cap. 11. in princip. & per rot. Giurba decis. 88. num. 3. D. Valençuel. conf. 78. nu. 66. Gait. de credito. cap. 2. tit. 1. num. 54. & seqq. Genua de scriptura priuata, lib. 4. de libro Campsoris, & bancharij, num. 1. & 2. pag. 255.

13 Ex his conclusionibus securum rema-

net ius Marci Antonij, vt ei hæc partita, vti bancharia soluatur ex dicti banchi est. Aibus.

14 Sed contra has quatuor conclusiones, Deputati banchi quatuor opponunt exceptiones, ex quibus in sua allegatione similiter quatuor proponuntur articuli.

15 Prima, hanc partitam banchariam non esse.

16 Secunda, venditionem huius iuris Regalis factam per Michaellem Tacin, in fauorem Nicol. de Aluaro, fictam & simulatam fuisse, & nullum sortiri effectum, itaque præiudicare non potuisse dicti banchi creditoribus.

17 Tertia, hanc partitam legitimè cancellatam extitisse, ex quo, & ex transactione quæ facta fuit, liberum banchem remansit ad prædictam partitam.

18 Quarta, Regium patrimonium nullum habere creditum contra banchem, nam Marcus Antonius illud non habet.

#### Prima exceptionis responsio.

19 Hæc exceptio consistit in eo quod Nicolaus de Aluaro scriptor dictæ schedulæ nullam in banchi habebat pecuniam, & ita non erat creditor bancharius, & per consequens eam banchem acceptando, intercessit, & fideiussor extitit pro Aluaro, & gerendo negotium extraneum à bancharia negotiatione, non potuit bancharijs creditoribus præiudicare, ex Bald. consil. 187. generalitas verborum, vol. 4. & consil. 142. quidam Odorosijs, vol. 5.

20 Ad quod. Primò respondetur, quod in hac oppositione termini confunduntur, applicando Baldi resolutiones huic casui, nam pro certo præsupponitur id super quo controuertitur, siquidem bancha Castellæ, nunquam erecta fuere ad solam artis Cambiorum exercitationem, cum limitatione, vt de alio negotio non possent agere, nam certum est, semper negotiationes generales fecisse, non solum circa artem campforiam, sed etiam circa deposita pecuniarum, & circa alios contractus, & negotiationes, prout campforijs placebat: & sic determinatur per instructionem cambiorum anni 1602. quam refert Narbona in l. 14. tit. 18. lib. 5. Recopilat. gloss. 5. num. 2. pag. 748. & sic vt applicaretur oppositio, necessaria erat exhibitio erectionis huius banchi Morrei, & suarum facultatum, & quod non extenderentur ad fideiubendum, nec ad acceptandas literas scriptas, per non habentes in eo pecunias, alias enim tali restrictione non existente (vt non fuit) negotiatio generalis extitit, & sic prædictum banchem acceptare potuit schedulam Aluaro, & bona fideiussoresque bancharij obligati remanere, & sic suam resolutionem explicare videtur Bald. consil. 170. quia fideiussores, lib. 4. vbi dicit, quod generalitas obligationis fideiussoris, comprehendit qualemque casum, & magis in specie hac ipsam distinctionem fecit



cit Bald. *consil.* 493. *punctus quidam, & consil.* 494. *facti species, & consil.* 495. *fideiussor in quantitate, lib. 3.* vbi loquitur in banchi fideiussore, quod ex generalitate verborum fideiussionis teneatur, non solum pro gestis in arte cambiij, sed etiam pro gestis, circa capionem carniū, quamvis erat diuersa negotiatio, Raudens *decis. Pisana* 4. *num.* 158. 159. & sequent. & alibi sæpè, vbi in indiuiduo declarat resolutionem Bald. *dict. consil.* 187. *volum 4.* in contrarium allegati, vt non procedat quando verba sunt generalia, Mantica. *de tacit. conuent. lib. 16. tit. 14. nu. 23. & 24.* vbi idem asserit quando fideiussionis verba generalia sunt, & videtur sic intelligere consilium Baldi 142. *lib. 5.* quod in contrarium allegatur, cuius conclusio nem posuerat idem Mantica. *dicto loco, num. 4. & 5.* Maur. Aretin. *de fideiussoribus* 2. *p. princip. sect. 5. cap. 2. num. 79. pagina mihi 313. cum sequentib.* vbi refert, & sequitur consilia Baldi 493. 494. 495. *lib. 3.* & sic intelligit hanc materiam, relato & sequuto, *num. 37. cum tribus sequent. pag. 349. Bald. conf. 187. lib. 4. & 142. lib. 5.* & sic cum in hunc modum limitat, quod etiam confirmatur ex his, quæ tradit Auiles in *cap. 10. syndicatus n. 4.* quod quamvis fideiussor Prætoris non sit obligatus, nisi pro gestis in officio, si tamen fideiussio sit amplis verbis concepta, tenebitur fideiussor etiam pro gestis extra officium, quod cum Bobadilla, & Gutierrez sequitur Mastrilli. *de magistrat. lib. 6. c. 11. num. 34. legendus ex num. 31. Faber in suo Codice lib. 5. tit. 33. de fideiussor. definit. 4. num. 7.* vbi quod elapso tempore, fideiussor tenetur ad id, quod est connexum administrationi, & officio.

21 Secundo, quod Castellæ Cambia propriè negotiabantur in acceptatione literarum, & partitarum securitate, constituendo creditores, & debitores in libris illos cum quibus negotiabantur, quamvis pecuniam de præsentī non habuissent, vt tradit Molina *de iustitia & iure tom. 2. tractat. 2. disputat. 409. per totam, præcipuè num. 1.* ibi: *Vel banchario constituyente se debitorem eius summa comparatione eius cui debetur, qui illam consignare vult in illo bācho, num. 10. 11. & 12.* Salas *de contractib. tractatu de cambijs dub. 25.* & sic Tacin non fuit obligatus ad inquirendum, an Aluarado esset creditor banchi ad acceptandum chirographum quod ad eum fuit directum, siquidem fides publica securitatem ei tribuit, vt prædicto chirografo satisfaceret, & crederet quod banchū acceptans, & in suis libris scribens chirographum quantitatis in eo contentæ creditor remanebat, ex his quæ in simili notat Bart. *num. 2. Castrenf. n. 4. in l. 1. §. non autem, ff. de exercit. vbi, quod si quis præpositus est alicui negotio, & in causam illam dixit pecuniam recepisse, & inde fidem fecellit, debet hoc magis nocere præponenti, quam cum illo contrahenti, idem tradit Giur.*

ba *decis. 88. num. 13.* vbi ita respondit opposi-  
tioni factæ contra banchi creditorem.

22 Hoc tertio confirmatur ex vtilitate publica, quæ consistit in libertate commercij, & quod omnes qui cum banchō cōtrahebāt, intelligerent securè contrahere, absque eo, quod debrent inquirere, an qui partitam delegabat esset creditor banchi, nam ei sufficiebat credere ex acceptione schedulæ, & annotatione in libris banchi plenam consequi securitatem, ex publica vtilitate, & conuenientia: & ex hoc alii qui Doctores asserunt, quod quamvis fideiussio actus damnosus sit, & quod fieri nō potest absque speciali mandato, quantumcumque procurator habeat mandatum generale cum libera, vt tenet Castillo *tom. 4. cap. 26. num. 18.* si tamen fideiussio negotiationi utilis sit, quia ille pro quo fit, iam fideiussit, aut fideiubebit, potest procurator absque speciali mandato fideiubere, & cōstituens obligatus remanebit, quia ex sua verisimilitudine ad fideiussionem obligatus remansit, mandatum concedens, licet non speciale, ad fideiubendum, vt tradit Pauli in *l. in personam, §. qui pecuniam sub num. 1. Ias. sub num. 2. ff. de pact. & cum eis Scaccia de commercijs, §. 7. gloss. 7. n. 24. pag. 459. Giurba ad statut. Mesanen. cap. 9. gloss. 2. num. 15. ad fin. & num. 17. & 18. qui loquitur in marito respectu bonorum superlucratōrum, quod quamvis secundum iuris regulas eorum administrator sit, & ea alienare possit pro alijs fideiubendo, talem alienationem facere, non potest, quia damnosa est, sed quando fideiussio reciproca fit, vt in mercatoribus, & negotiatoribus accidit, tunc valet fideiussio, & ex ea mulier præiudicata remanet in parte lucrorum ad eam spectantium.*

23 Similiter procurator, aut institor potest, quamvis mādaturū solum speciale habeat ad accipiendas pecunias mutuatatas, constituentem ad vsuras & cambia obligare, quin excedat mandati fines, cum sit solitum inter mercatores pecunias ad cambium recipere, vt tradit Roman. in *l. 3. §. iurare, num. 7. ff. de iure iurand. vbi dicit ita obrinuissē & consil. 94. num. 7. versic. Quoad secundum, Thuse tom. 6. liter. P. conclus. 841. num. 6. & 14. Mantica. *de tacitis conuent. lib. 3. tit. 9. num. 63. & lib. 7. tit. 15. n. 27.* Scaccia *de commercijs, §. 1. quæst. 7. part. 1. num. 22. ad medium, pag. 135. Muta ad pragmat. Sicilie tom. 1. tit. 24. num. 26. pag. 615. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 102. num. 109. Felicio de societate capit. 30. num. 64. Ramon consil. 41. num. 18.**

24 Et sic cum de more, bancha habeant chirographa acceptare, & debitores eorum se constituere, etiam si non habeant pecunias illorum in quorum fauorem obligantur, vt est notissimum, & tradunt Molina, & Salas citati *num. 2. 1.* potest prædictum banchum bona, & effectus obligare in fauorem Marci Antonij Iudi-



Iudici, quia contractus intelligitur factus iuxta consuetudinem loci, etiam si in eo nihil exprimitur, *l. quod si nolit, §. qui absidue, ff. de adilit. edict.* & in nostra specie hoc tradit Ramo *conf. 41. num. 17.* ad probandum quod socius pecuniam accipere ex publica permutatione potuit, quamvis ad hoc mandatum non habuerit.

25 Quarto, nam quod dicit Bald. *conf. 187. lib. 4. 142. lib. 5.* procedit quando fideiussio limitata fuit ad certam causam, prout ad artem cambij, & etiam constat euidenter contractum fuisse ad diuersam negotiationem, & hoc conuincunt Baldi fundamenta: sed in nostro casu chyrographi datio ad negotium banchi pertinuit, & ita non simpliciter in libris banchi fuit conscripta, ut separata negotiatio, sed ut partita bancharia inter ceteros banchi creditores, cum eadem qualitate eorum, & sic quando creditum ex pecunia de presenti non procederet, quam illuc habuisset Castellanos, in quantum ad dictam summam partita bancharia remansit, & eiusdem conditionis quam ceterae, ex notatis in *l. singularia de rebus creditis, & in l. si ex pretio, C. si certum petat.* ubi potest conuertere ex consensu partium debitum vnius causae in aliam, & signanter in causam depositi, ut tradit Paulus *conf. 170. viso puncto supra scripto, num. 1. lib. 2.* qui asserit illum verum depositum esse, quando pro Depositario constituitur, qui aliquos recipit effectus quamvis non sit pecunia, & teneri actione Depositari, sequitur Nat. *consil. 438. num. 5. & 6. Surd. conf. 162. num. 43. Milanens. decis. Sicilia 2. num. 41. lib. 2. legendus ex num. 37. Graf. de except. except. 16. num. 73.* qui praecise loquitur in contractu Depositari praeciso, & reali, ut contra illum non admittatur exceptio aliqua, etiam si debitum ex vna causa conuertatur in causam Depositari.

26 Et ad census constitutionem, in qua requiritur vera & actualis numeratio pecuniae, quod sufficiat creditum ex alia causa debitum, dummodo verum sit, in censum conuertere, resoluit Surd. *conf. 162. a num. 37. Milanens. decis. 2. n. 37. & decis. 9. a nu. 110. lib. 2. Cenc. de censib. p. 2. c. 1. q. 1. art. 6. nu. 27. 28. & 29 pag. 87. Amato var. resolut. c. 50. n. 5. omni no videndus.*

27 Nec obstabit si replicetur, quod haec conuersio debiti ex vna causa in aliam, procedet respectu eiusdem debitoris, sed non fideiussorum qui obligati non facere nisi in causam cambij, ut ponderat Bald. *conf. 142. col. 2. lib. 5. vers. Vnde si mercator scripsit pretium in libro cambij,* quia hoc casu non est lis cum fideiussoribus banchi, sed cum creditoribus, cum quibus concurrere praetendit Marcus Antonius, & sic militat diuersa ratio, quia ceteri creditores contraxerunt cum banchio, cum qualitate quam habebat acceptandi chyrographa, & faciendi fideiussiones, & per acceptationem chyrographi Castellanos, non auxit suam obliga-

tionem, nec contrahendi modum, quod recog-noscit Bald. in loco supra relato, ubi asserit hanc oppositionem ab eo factam veram non esse, sed quod sibi videtur fideiussores obligatos non fuisse ad debitum etiam in causam cambij conuersum, quia deest verisimilis fideiussionis mens, & hic non deficit, sed potius est omnium, tam banchi, quam creditorum, & Iudici, qui satisfactus est praedicto chyrographo, & sic creditor bancharius est.

28 Quinto, & quod meo videri ponit fallacem ad radicem est, quod hoc Regale ius erat hypothecae subiectum pro fideiussione banchi per Baptistam Serra cuius erat, & hypothecam constituit ad instantiam Marci Antonij Iudici, & venditio huius iuris Regalis, quae facta fuit praedicto D. Nicolao de Aluarado, fuit sub onere eiusdem hypothecae, & ex pretio huius iuris Regalis, & ceterorum usque ad 3 comp. 7500. marapet. reddituum, qui venditi fuere per Tacin ad fauorem Castellanos, procedit partita bancharia super qua ista lis versatur: & cum alienaretur praedictum ius Regale propter dictam hypothecam, habebat Castellanos actionem mandati contra idem banchum, ut ei praedicta quantitas satisfaceret, & ei etiam compete-bat exceptio cedendarum contra creditores, ut actiones suas cederent ad exigendum a dicto banchio praetium iuris Regalis, *l. fideiussoribus, l. cum his qui ff. de fideiuss. l. 2. C. eod. tit. lex fideiussor. ff. de distract. pignori l. in creditore, ff. de euit. Cenc. de censib. part. 2. c. 2. q. 3. art. 8. n. 15. usque ad 19. pag. 156.*

29 Et praetendere poterant praedictus Iudici & Aluarado, & Castellanos, eius cessionarij, quod ex eo, quod praedictus redditus Regalis deferuisset credito & capitali dicti banchi, & illud conseruasset, debebant praeferrari pro suo credito ceteris creditoribus bancharijs, per regulam legis interdum, *l. huius, ff. qui potior, cuius dispositio procedit non solum in casu in quo loquitur, sed in omnibus illis, in quibus est identitas, aut similitudo rationis ut late tradit Amato lib. 1. var. c. 3. ex n. 3. & nu. 9. & 10. & seqq. Gait. de credito, c. 4. questio 11. nu. 1355. cum seqq.*

30 Et in indiuiduo in debito, quod contrahitur ad formandum & conseruandum banchum, idem notabiliter tradit Paulus Castrensi. *conf. 285. visis & ponderatis omnibus, n. 1. vers. Breuiter his non obstantibus, & n. 2. vol. 1. quem refert, & sequitur Decian. resp. 108. num. 23. & 24. vol. 2. idem tradit Thoro in compendio decis. p. 2. lit. C. vers. Creditor licet posterior, pagin. 117. & 118.*

31 Et ut dicatur contractum conuertere in utilitatem banchi, non est necessum quod immediate detur pecunia, aut ius Regale banchio, sed sufficit quod detur ad conuersionem in eius utilitatem, & ex eo soluantur credita contracta per ipsum banchum, ut probatur in *l. 1.*



*§. non autem, vers. Sed si ab alio, ff. de exercitor, ibi: Sed si ab alio mutuatus liberauit eam qui in nauis refectionem crediderat, puto etiam huic dādam actionem, quasi in nauem crediderit, ex quibus verbis Bart. in dict. §. non autem, num. 1. notat quod contractus dicitur fieri in rem in qua quis prepositus est, si pecuniam accipiat mutuo ad soluendum primo mutuanti, sequitur Fulgos. ibi num. 1. Angel. nu. 1. vbi notat, quod paria sunt in causam permissam expresse, contrahere immediatē, vel in causam quæ fuerit conuersa circa commissā, vnde siue mediātē, siue immediatē conuertatur in causam commissam sufficit, Bald. in l. si pactus num. 8. ad finem, C. commun. vtrius iud. notat, quod in huiusmodi negotiationibus vniuersalibus nihil interest, vtrum ex prima mercantia aliquid proueniat, vel ex sæpius reperita, quia natura huius actus est, vt id quod postea fit, semper loco prioris subrogetur, sequitur Corneus cons. 1. num. 13. lib. 1. Ramin. iunior cons. 300. nu. 70. lib. 2. vbi quod in hoc casu semper pecunia quæ secundo loco expenditur, subrogatur loco primæ, Monter. decis. 20. nu. 75. Rota apud Pacific. decis. 125. num. 6 & 7. post tractatum de Saluian. interd. vbi quod taberna tanquam vnū corpus consideratur vniuersale, in quo nouæ res loco distractarum subrogantur, & sic cum ius Regale conuerteretur in vtilitatem banchi, omnes creditores beneficiari fuere, & per consequens prædictum banchum in partitæ acceptatione, quam fecit in fauorem dicti Iudici prædicto Castellanos, qui recursum contra banchum habebat, vt indemnitas esset à prædicta hypotheca, nullum eis fecit præiudicium.*

32 Ex quo respondetur consilijs Baldi per Aduocatū partis aduersæ ponderatis, nam ex dictis euidenter constat, ipsius fundamenta ad hunc casum adaptari non posse.

33 Satisfit etiam ex relatis ponderationi factæ per partem aduersam ex consilio Paul. 285. visis & ponderatis lib. 1. quod decisum huius puncti est in fauorem Iudici, quia ex eodux deducuntur conclusiones. Prima, quæ iam ponderata remanet num. 30. circa prælationē quam creditores, qui mutuum dant, in banchi effectibus acquirunt: altera, quod ad crediti iustificationem attendenda est causa ex qua prouenit, & non ad notatio creditorum in chartulario banchi, vel in chartulario voletæ, quia banchum non potuit eis præiudicare in prædicta annotatione, eos scribendo in diuersis libris, quàm debebat: nam sufficit creditoribus scriptis in chartulario voletæ, quod eorum creditum conuerteretur in vtilitatem banchi, quāuis non contraherent super trafico banchi, vt ponderat Paulus, dicto consil. 285. num. 2. ibi: Præterea non minus dicuntur creditores banchi, qui contraxerunt, vt banchum conseruaretur, & non deficeret oppressum creditoribus, quàm sint illi, qui directō super trafico banchi contra-

xerunt, cum illorum pecunia totum banchum saluum factum fuit, ff. qui potior. in pig. habeantur l. interdum cum lege sequenti, & ff. de exercit. l. 1. §. non autem, coniuncto, §. sequenti quid si mutuum, qui benè faciunt, facit etiam l. procuratoris, §. si propter mercem, ff. de tributor. Vbi instrumentum tabernæ sine quo merces expediri nō possunt, computatur inter merces. Sicque & istud creditum sine quo banchum conseruari non potuisset, computatur in banchum, & inter credita banchi, licet directē non fuerit contractum secundū traficum & stylum trafici ipsius banchi: ratio adæquata casui difficiliori, quàm nostro, nam sufficiebat vt Iudici esset creditor bancharius, quod in vtilitatem banchi contraheret, & pro debito nato ex re, quæ conuersa fuit in eius beneficium, quamuis non fuisset scriptus in libris banchi, præcipuē contractum constituens specificē in trafico banchi, sicuti cæteri creditores, qui contenti erant acceptatione solutionis suarum partitarum quam banchum faciebat, quæ est ponderatio Pauli dicto num. 2. in sequētibz verbis: Secundō moueor, quia dicitur in puncto, quod dicti creditores fuerunt adscripti primo loco in dicto chartulario magno banchi, licet postea translati ad chartularium voletæ: nam ex primo dicto, sequitur, quod eorum creditum non potest in dubium reuocari, cum per dictum librum authenticum de ipso constet, & in hoc nō sunt melioris conditionis alij creditores chartularij banchi, quàm ipsi, cum dictum chartulariū de utroque credito attestetur, itaque Paulus decidit casum nostro difficiliorem.

34 Ex supra relatis respondetur etiam allegationi contrariæ, dum asseritur depositum confessum sortiri effectus depositi in præiudicium facientis confessionem, sed non quando adest tertij præiudicium, quia hoc casu non eget Iudici disputatione huius quæstionis. Primò, quia non agitur de tertij præiudicio, sed eiusdem banchi quod debitor communis est omnium creditorum.

35 Secundò, quia vt omnes præiudicia remaneant, sufficit vt conscribatur in libris partita, & alia comprobatione Iudici non eget, vt ponderat Paulus dict. consil. 285. num. 2. lib. 1. ibi: Per quod manifestè tollitur quod supra in contrarium allegauit, d. l. scripturas, C. qui potior in pign. habeant illa enim Lex debet intelligi, quando de credito illorum, qui habebant priuatam scripturam, aliter quàm per eam non constabat, & creditores habentes instrumenta publica, illa esse verè debita negabant: vnde priuata scriptura debitoris, non facit præiudicium illis de quorum credito constabat per instrumentum, vt expresse patet ex notatis ibi per Cynum, & alios. sed in nostro casu non proponitur quod creditores chartularij banchi negent chartularium voletæ, vel creditores in eo descriptos, sed solum dicunt se illis præferendos tanquam creditores banchi, cum illi licet sint creditores, non tamen alios



alios etiam negare possunt, cum de illorum credito appareat per chartularium banchi: paria ergo sunt ista credita quantum ad veritatem, & fidem eorum. Ex quibus verbis contra adversarios argumentari potest, nam ad probandum sua credita, idem fundamentum, quod iudici habent, quia de omnibus est eadem comprobatio, & iudici suum debitum exegisset, si prejudicium contrapositionis huius partitæ illatū ei non esset.

36 His accedit, quod quando duo creditores existunt, & unus suum debitum per confessionem debitoris probat, Alter verò per fidem solutionis, neuter debet præferri, quia per confessionem debitum sicut per numerationem probatur, ut tradit Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 18. n. 19. Legendus ex n. 82. ubi respondet ad l. Titius, ff. quæ res pig. sequitur Mantica de tacit. convent. lib. 11. tit. 23. nu. 27. Gaito de creditor. cap. 2. tit. 3. num. 517. usque ad 528. & cap. 4. quest. 11. num. 1827. restrict. 8.

37 Cum quo, Authoribus in contrarium relatis responderetur, qui reprobatī sunt ex vero intellectu, l. Titius, ff. quæ res pignor. quem adducunt Tiraquel. & Mantica. locis citatis.

38 Et quod dicitur, dotem de cuius numeratione per confessionem constat solum, nullum asserre posse creditoribus præiudicium, evanescit, nam banchi liber plenam probationem contra participes facit, & hæc questio necessaria non est, nam creditores impugnantes creditum iudici, nullam aliam præter libros banchi habent probationem suorum creditorum.

39 Præterea, quia quando elapsi sunt termini in quibus opponi potest exceptio de dote cauta non numerata, confessio facta constante matrimonio creditoribus mariti præiudicat, Barbosa in l. 1. solut. matrim. 6 part. numer. 34. vers. Succedit igitur secundo, Botrel. controuerf. 56. num. 30. Coccino decis. Rota 499. nu. 4. & 5. inter suas decisiones, Statilio Pacifico decis. Rota 48 & decis. 145. post tract. de Salvia no interdicto.

40 Gratiano decis. Rota Marchie 103. nu. 18. & di. ception. forens. lib. 2. cap. 362. num. 16. ubi dicit, quod si sumus post elapsum tempus opponendi exceptionem, confessio præiudicat, tam marito, quam creditoribus, & tertio possessori, etiam quod non præcesserit dotis promissio, Thesaur. in additione ad decisiones 112. Molfes. in commentar. ad consuetudines Neapolit. tom. 1. p. 6. tit. de iure dotiū q. 9. n. 16.

#### Secunda exceptionis responsio.

41 **A**D hanc exceptionem duæ in contrarium proponuntur causæ.

42 Prima est, quod iurium Regalium venditio nullum habuit effectum, nec ea tradita fuisse Aluarado, Castellanos, nec Mortheo emptoribus.

43 Secunda, fallimentum banchi, quod breuiter accidit post partitæ conscriptionem in libris.

44 Quibus causis non obstantibus, contractus cuius virtute petitur, certus, & verus fuit, effectumque habuit.

#### Prime causæ simulationis, responsio.

45 **O**Mne quod in hac causa in facto ponderatur, incertum est, & male adaptatur.

46 Primò, quia venditio iurium Regalium, quæ effectum non habuisse dicitur, fuit alia 4. comp. reddituum iurium Regalium, quæ prædictus Marcus Antonius fecerat Iacobo Mortheo, & Ioanni Francisco Galetto suo nomine, & virtute suorum mandatorum: at vero venditio ex qua procedunt hæc 18. comp. partitæ banchariæ quæ petitur, est diuersa, & quantitatibus diuersa, & per diuersam personam celebrata, quæ fuit Michael Tacin nomine prædicti Iudici, & iura Regalia, quæ vendidit sumant quantitatem ex qua procedit partita bancharia.

47 Iuxta quod ponderatio contraria evanescit, cum non possit argui ex venditione quæ non habuit effectum, ad eam quæ illum sortita fuit, ex regula, l. Papinianus, ff. de minoribus.

48 Deinde, quia venditio ex qua hæc partita processit, fuit realis, & vera, effectumque habuit, & dominium, possessioque horum iurium in emptorem translata fuisse & soluta fuerunt de præfenti in prædicto banchi 2. comp. 500j. marapetin. & aliæ quantitates in diuersis consignationibus Granatæ, & Martiri ad computum prædictæ partitæ, quod signum est perfectionis contractus, l. 2. C. quando liceat ab empt. disced. eleganter, Surdus cons. 52. ex num. 1. cum pluribus seqq. lib. 1.

49 Et implementi defectus nullius est momenti, quia non consistit in non traditione, & fruitione iurium Regalium, sed in eo tantum quod privilegia eorum non sunt expedita, quod non causat impedimentum, nec aliud damnum banchi, & sic non obstat prædicta exceptio. Rota apud Ludouic. decis. 347. num. 11. & ibi Additio num. 20. liter. Q. ubi plures pro hac opinione allegantur Authores: & ad remouendum hoc dubium, D. Filici Patronus sæpissimè obtulit hæc privilegia expedire, & tradere, quod necessarium non est, quia omnia privilegia Regalium iurium, quæ vendidit Tacin, fuerunt expedita, & banchi tradita, & quæ non tradita fuerunt, sunt contenta in venditione, quæ effectum non habuit.

50 Nec etiam interest, quod ad venditionem horum iurium Regalium, fuisset supposita persona, Nicolaus de Aluarado, ut ipse fateatur, quia venditoris respectu impedimentum esse non potest, quod Aluarado non sibi emisisset, sed Castellanos, si quidem contraxit cum eo quem patrem esse putauit, & quando sciret, quod



quod Castellanos esset emptor, nullius erat momenti, quia inter negotiatores frequens est, in persona aliorum effectus, & credita constituere, & non ideo eorum alienationem faciunt, sed dominium retinet, & illis, in quorum persona constituuntur, nullum ius, sed nudum nomen acquiritur, l. 4. ff. de manum. vindicta, ibi: *Sibi me, alij autem nomen dedit*, Rot. decis. 262. p. 1. diuersorum, Thusc. tom. 5. lit. O. concl. 406. Pacian. cōf. 72. Castracaneo de societate officiorum Romanæ Curie, c. 8. n. 28. & seqq. & in specie Farin. de falsitate q. 162. n. 185. vbi ex pluribus DD. resoluit, nullum dolum, nec simulationis præsumptionem esse in contractu per interpositam personam celebrato.

51 Ex hoc excluditur etiam coniectura pōderata, scilicet, quod tradita non fuere iura Regalia, & in eorum possessione remansit iudici, per l. sicuti 8. §. super vacuum, ff. quib. mod. pign. vel hypot. soluitur: nam vt dictum est, etro nec præsupponitur quod hæc 18. comp. procedunt ex venditione, 4. comp. redditu, quæ non habuit effectum, procedunt enim ex venditione, 3. comp. 750j. marap redditu, quos vendidit Michael Tacin, nomine dicti iudici, cuius traditio realis, & effectiua fuit, & iura Regalia tradita fuerunt emptori.

52 Quinimo quando dictus iudici nō tradidisset hæc iura (quod falsum est) excluderetur asserta simulationis præsumptio ex pluribus circumstantijs, quæ id persua dent, vt tradit Farinae. q. 162. ex nu. 246. cum pluribus seqq. & præsumptio ponderata num. 254. adæquata est, nam vt illic resoluit Farinae. non est simulatio, quod in possessione venditor remaneat quando emptor nō soluit preteritum, tunc enim res vendita iuste retinetur, & ideo simulatio excluditur.

#### Secundæ simulationis cause responderetur.

53 **H**æc simulationis præsumptio constituit in eo, quod banchem decoxit post duodecim dies ab acceptatione schedulæ banchariæ.

54 Sed hoc non obstat, quia certum est creditum Marci Antonij, & quod banchem illius, est debitor, & materia oppositionis (vt tota comprehendatur) potest ad tres casus reduci.

55 Primus est, quando quis vendit rem aliquam habita fide de pretio, & eam tradit, & emptor decoquit in continenti, nam in his terminis est questio, an fallimentum quod in continenti sequitur, arguat emptorem dolose proceisse in eo quod fides de pretio haberetur, & plures sunt DD. asserentes fallimentum subsequens hanc dolum probare, & dominium non traslatum fuisse in emptorem, & quod venditor poterit reuindicare rem, & in ea cæteris creditoribus anterioribus emptoris præferri,

quia hæc fuit communis opinio Bald. in l. si cū dorem. §. si mulier. soluto matrim. Angel. ibi Alexand. num. 5. vers. Commuam tamen sententiā, Barbof. num. 38. §. ultimo limita, vers. Videntur tamen, & num. 39.

56 Disputatio autem est, quod tempus labi debeat inter contractum, & decoctionem, ad hoc vt doli præsumptio locum habeat: & omnes DD. asserunt, fallimentum tam in continenti esse debere, vt accidat ipsa die contractus, aut sequenti, Bald. Angel. Alex. Barbof. locis citatis, Surd. cōf. 528. n. 9. lib. 4. vbi relata doctrina Angel. in d. l. si cum dorem, §. fin. ff. solut. matrim. dicit: quod ex breuitate temporis inter contractum & fugam, præsumitur præcogitatio, puta si heri contraxit, & hodie aufugit, præsumitur quod iam heri tempore contractus se fugæ parauerit, Imol. in d. §. si mulier. per text. in l. si ventri §. in bonis. ff. de priuileg. credit. idem asserit Ripa, in §. in bonis, nu. 6. vbi dicit, fraudem & animū præmeditatum fallendi excludi, quando post contractum, mercator publicè negotiatus est, Gizarel. decis. 62. per tot. vbi relatis omnibus opinionibus Doctorū nu. 13. dicit, Senatū hanc Baldi opinionem in d. l. si cū dorem, §. si mulier. ff. solut. matrim. sequutum fuisse, ex adminiculis de quibus per DD. ibi citatos, nempe quando emptor præcogitauit fugam, & cœpit componere sarcinulas, & non ita facile illius copia habebatur vt antea, incipiens latitare, Gizarel. refert & ad litteram sequitur Gait. de credito, c. 4. quesito 11. n. 1216. & 1217. Gribelus decis. Dolana 56. n. 9. Camil. de Curte, in diuersorio iuris feudalis, tom. 2. c. 3. nu. 119. Gratian. tom. 2. cap. 392. nu. 10. p. 648. vbi dicit, hoc breue tempus debere esse duorum, aut trium dierum, & non plurium, & Gizarel. d. decis. 62. num. 13. asserit, hoc arbitrium ad tres, vel quatuor dies ampliatum esse, ibi: Et iudicauimus illud in continenti verificari, etiam si post tres, vel quatuor dies post contractus gestos se absentes, pro arbitrio iudicis, Caballino milleloquio 123. qui hoc sequitur, quando fallimentum est intra modi cum tempus, quæ refert, & sequitur Bellon. de potest. eorum quæ fiunt in continenti, lib. 1. c. 138. nu. 7. idem dicit Marienç. ad l. 7. tit. 16. lib. 5. Recop. gloss. 5. n. 9. & in l. 1. tit. 19. gloss. 1. n. 12. vbi refert, & sequitur Angel. in d. l. si cum dorem, §. finali solut. matrim.

57 Vnde, cum fallimentum, & decoctio accidissent post duodecim dies à celebratione contractus, & consignationem partitæ in bancho, omnis fraus & doli præsumptio cessat.

58 Contra hoc dicitur, hoc tempus arbitrium esse, ex Nat. cōf. 342. qui indiuidualiter sequitur doctrinam & distinctionem Angel. in l. si cum dorem, & Surd. d. cōf. 828. num. 9. vbi idem dicit, & iam supradictum est, n. 58. Grat. tom. 3. c. 527. num. 18. qui loquitur quando fallimentum breuiter sequutum fuit post delegationem debitoris, ibi: Accedat temporis bre.



*Breuitas decoctionis debitoris delegati, & num.*  
 19. ait: Quod dicatur breue tempus esse in iudicis arbitrio, sed nullum allegat Authorem, qui de hoc loquatur, nec ostendit quomodo debeat esse arbitrium: allegatur etiam Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. gl. 7. n. 77. & gl. 14. nu. 36. & 38. qui nullum verbum possit arbitrium, & Strac. *de decoctionib.* 3. p. n. 3. qui hunc punctum non attingit, nisi num. 31. & idem resoluit, quia animus fallendi præsumitur ex actu vicinitate, quādo solum fuit dies intermedius allegans doctrinam Angel. *in d. §. si mulier, solut. matr.*

59 Hic casus adaptari non potest huius litis quæstioni, nam ex eius decisione argui non potest contra partitam scriptam in banco tempore habili, sed potius quando deputati obtinerent emptionem fraudulentam fuisse, victi remanerent, non solum in 18. comp. partitæ banchariæ, sed in omnibus iuribus Regalibus, quæ vendidit Michael Tacin, vsque ad quantitatem 109. ducat. reddituum, & ea omnia iura integrè reuindicare possent Iudici, & Fiscus, quia dici poterat quod per fallimentum vicinitatem, initus fuit contractus in fraudem venditoris, & quod in bancum, & emptores iurium Regalium translatum non fuit dominiū, & quod in eis prælationem habebant omnibus bancharijs creditoribus, quod contra eos fuisset: sed contra Iudici fraus præsumi non potest, nec eum, & Tacin participes illius fuisse, siquidem transulerunt dominiū, & possessionem prædictorum iurium Regalium, & hodie distributa sunt inter creditores banchi.

60 Secundus casus est, quando in solutionem alicuius reuenditæ emptor dat schedulā super banco, aut aliquod nomen debitoris in solutum, & solutio non habet effectum, quia bancum, aut debitor foro cedunt, in hoc casu duæ sunt diuersæ quæstiones.

61 Prima, quando nomen debitoris nō datur in solutum, sed pro soluendo, data simplici schedula, iuxta distinctionem Bald. *consil.* 348. vol. 1. tunc enim datus chirographum obligatus est ad eius solutionem, & liber non remanet quousque sequatur effectus solutio, *l. si literarum, C. de solut.* Bald. *d. consil.* 348. Rot. Genuens. *de mercat. decis.* 2. nu. 13. Rot. per Farin. *decis.* 679. n. 2. p. 1. in recentiorib. plenissime Gait. *de cred. c. 2. tit. 7. n. 2381.* & seqq. pag. 149.

62 Secunda est quæstio, quando chirographum, aut nomen debitoris datur in solutum, vt in casu primæ conclusionis relatæ n. 6. tūc, cum hæc datio in solutum habeat vicem solutionis in pecunia numerata, vt ibi dictū est, quæ ratione, amissa pecunia in potestate emptoris, liber venditor remaneret, eadem ratione liber remanet, quamuis debitor cessus decoquat, aut bancum deficiat ante solutionem, vt tradunt Bald. & Rot. Genuens. *locis citatis per legem inter causas, §. abesse ff. mand. & alios textus, hæc*

conclusionem comprobantes. Idem tradit Cagnol. *in l. singularia, n. 178 sicert. per. Sard. consil.* 145. n. 10. & seqq. lib. 1. Castil. *rom. 4. c. 59 nu. 30.* & seqq. Mastrill. *decis.* 179 n. 10. p. 2. Petr. Luna *consil.* 15. nu. 17. & seqq. & ibi in additione sub n. 15. pag. mihi 153.

63 Et ratio propter quam non est obligatus ad chirographi euictionem, qui illud dat in solutum, est quia præsumitur venditorem certiorē esse debiti, & qualitatis debitoris, & ideo illud accipere, Paul. *in l. Mauiā, solut. matr. num. 4.* Imol. *in l. si cum dorem, §. si mulier, solut. matr.* & ibi Alex. nu. 4. ad medium, vers. Vnum addo, *Surd. consil.* 150. n. 23. 24. & 25. & *consil.* 528. n. 46. & seqq. lib. 4. Petr. Luna *consil.* 15. in additione ad n. 20. vbi latè, præcipuè, num. 7. & 8.

64 Decisio huius secundæ quæstionis, limitatur quando emptor, aut debitor, qui in solutum chirographum, aut nomen debitoris dat, certus erat fallimenti, & quod debitor soluere non poterat: tunc enim ratione doli ad damnum æstimationem debiti, aut dati chirographi obligatus est, vt tradit Imol. *in d. l. Mauiā, §. fin. solut. matr.* & ibi Alex. nu. 3. *Surd. consil.* 145. nu. 10. & 528. nu. 9. Castil. *d. c. 59. num. 30.* Mastrill. *decis.* 177. n. 7. & 8. Petr. Luna *d. consil.* 15. in addit. ad num. 20. num. 4. & in addit. ad num. 25. num. 3. Ioan. Franc. del Castil. *decis.* 46. num. 6. lib. 1.

65 Et huius scientiæ exemplum adducit Mastrill. *d. decis.* 177. n. 9. quādo bancum decoquit sequenti die post chirographum datum, & cū sequitur Castil. *d. decis.* 46. n. 8.

66 Nec etiā ex huius casus resolutione, res aliqua utilis banchi creditoribus sequi potest, sed potius Iudici asserere poterat, quod per fallimentum banchi tam in continenti, qui chirographum dederunt fuerunt in dolo, & quod contractus non subsistit: & ita Iudici iura Regalia repetere potest, quia extante prædicto dolo, nō censetur habuisse fidem de pretio: & in hoc casu necessum erat creditores contrarium allegare eius quod nunc asserunt, dicentes nullū posse esse dolum, siquidem fallimentum non fuit die sequenti, sed duodecim transactis.

67 Tertius est noster casus, quando agitur de obligatione banchi chirographum acceptatis, & partitam in suis libris ante fallimentum conscribentis, quod tamen post paucos dies sequutum fuit: tunc enim dubitatur an partita sit bancharia, & creditor concurrere debeat cum cæteris bancharijs creditoribus.

68 In qua quæstione, certa est conclusio, banchum obligatum remansisse, iuxta supra dicta, & fallimentum subsequutum nō præindicare creditori haberi scriptam in libris partitam, vt in terminis terminantibus tradit Bald. *consil.* 399. alias 400. in libris Thesaurarij lib. 5. vbi talis casus figuratur, quod A. factus fuit creditor banchi in mille, & B. qui erat bancharius, aut Thesaurarius propter rationes inter eos com-



puratas, transfulerat 500. eorum, in eius persona, & postea iste Theſaurarius, iterum retranscripſit & poſuit in perſona A. eadem 500 & intra decem dies decoxit banchum, & cum hac quaestio late diſpuraretur à Baldo, decidit, validam fuiſſe tranſcriptionem in fauorem Anſonij, & bancharium creditorem remanſiſſe, eo quod facta fuiſſet tempore habili, non obitante fallimento ſequuto poſt duos dies, Baldum reſert & ſequitur Strac. *de deſectorib. 3. p. principali, n. 30* idem reſoluit Rot. Genuenſ. *decif. 2. de mercatur. n. 6* ubi vna ex partibus reſpondens ad decretum quod fuerat oppoſitum, in quo declaratum fuit fallimentum banchi Valentinij, dicebat quod non obſtante prædicto fallimento, & decreto, banchum Valentinum factum fuerat debitor prædictæ partiæ per tranſcriptionem factam die 15. ante fallimentum, & quæuis Rota in illius caſus deciſione diuiſa fuerit, non fuit ex eo, quod diſcederet à reſolutis ibi num. 6. ſed ex eo quod dicitur in d. deciſione num. 27. quod partiæ non erat ſcripta in libro maiori, ſed in manuali (quæ diſtinctio conſiderabilis eſt ex his, quæ tradit Elſcobar *de ratioc. cap. 10. nu. 71. & cap. 11. per tot.*) idem aſſerit Grat. *tom. 2. cap. 392. ex nu. 9.* qui loquitur in indiuiduo ſchedulæ banchariæ acceptatæ per banchum 22. diebus ante decoctionem, & reſoluit validam eſſe. & num. 33. reddit rationem, quia obligatio fuit facta tempore habili, in quo tales focij publicè, ac palam negociabantur, & in ſoro literas acceptabant, & cum alijs contraherent inde illa debet valere, etiam in præiudicium creditorum, ne alias contrahentes decipiantur, & num. 34. & ſeqq. hoc late proſequitur Sard. *conſ. 528. n. 38 lib. 4.* ubi ponde rat hoc ipſum ad obligationem banchi, quia ex eo quod negociabatur publicè valuit obligatio, & ſchedulæ acceptatio, ad hoc allegans Rip. *in l. ſi ventri, y in bon. ff. de priuileg. credit.*

69 Hoc etiam comprobatur, nam qui creditores habet, etiam quod in ſtatu cedendi foro ſit, liberè contrahere poteſt antea quam ei prohibeatur bonorum adminiſtratio, vt in ſpecie tradit Franch. *decif. 55. num. 3. & 4.* & ibi omnes additionatores, quod probatur in l. 3. *ff. de ceſ. bon. & l. 3. C. eod. tit.* ubi quod cedens bonis antequam diſtrahantur, & adiudicentur creditoribus, non perdit eorum dominium, Cæcer. *lib. 2. var. cap. 9 num. 50.* ubi ex hoc inferre facientem ceſſionem bonorum poſſe reuocare ceſſionem, ad hoc allegans deciſionem Tholoſanam 134. idem tradit Brun. *de ceſ. bon. q. 15. per tot.* Apicella *de rutamine paup. tit. 4. n. 75.* & 80. Scac. *de commerc. §. 2. gloſ. 5. q. 17 num. 446.* ubi ad hoc aſſerit, non eſſe paria mercatorum eſſe decoctum, & eſſe non ſoluendo, cum decoctus dicatur is, cui bonorum adminiſtratio eſt interdicta, ac ei, qui non eſt ſoluendo, non eſt interdicta adminiſtratio ex Franch. *decif. 55. num. 2. & 3.*

70 Contra hoc opponitur, l. 7. tit. 19. lib. 5. *hecopil.* & ſi rectè conſideretur, in ea non annullantur contractus negotiatorum, & mercatorum facti intra ſex meſes proximos decoctioni, quia ſolum priuat eos beneficio dilationis quinquennalis, ex eo quod præſumitur contractus factus, vt defraudetur creditor, cum quo contrahit, ſed non ceteri, & iuxta hanc legem Iudici opponere poterat banchum non debere vti quolibet beneficio quinquennali quoad hanc partitam.

71 Deinde magni momenti eſt ad huius contractus iuſtificationem, quod præter ſchedulam banchariam (ſuper qua liſ agitur) ſoluit banchum Michael Tacin duo comp. & 500j. maraper. alterius ſchedulæ, quæ ſuper eo data fuit, & reſiduum ad complementum pretij in alijs conſignationibus, & ſi banchum fuit habile ad iſtam ſolutionem faciendam, & non repetitur, cum fieret eodem tempore, quo accepta a fuit altera partiæ, ex eadem ratione valere debet prædicta acceptatio.

72 Quibus additur, quod quando l. 7. expreſſè annullaſſet hos contractus, cum fundamentum ſit fraudis præſumptio, eius diſpoſitio, ceſſante fraude, ceſſare debebat, vt in ſpecie tradit Bald. *d. conſ. 399. alijs 400. in libris Theſaurary vol. 5.* in fauorem noſtræ partis citatus, qui reſoluit tranſcriptionem validam fuiſſe non obſtante ſtatuto illius loci, quod contractus proximi decoctioni nullius eſſent momenti. Rot. Genuenſ. *de mercat. decif. 2. per tot. præcipue nu. 6. & decif. 108. n. 14. & ſeqq.* ubi ſic intelligitur ſtatutum Genuenſe, quod idem diſponit ſequitur Sard. *conſ. 528. n. 38 lib. 4.* qui reſert, & ſequitur Rot. Genuenſ. *Farin. decif. 118. poſt 2. tom. conſ. crim.* ubi hoc ipſum fuit deciſum in terminis ſtatuti Bononiensis.

73 Et quod magis facit in fauorem huius intenti, ſunt deciſiones Senatus in fallimento Ludouici Spinola, per quas ſolui iuſſum fuit omnes ſchedulas, quæ fuerunt acceptatæ temporibus proximis fallimento. Ex quo certa, & firma manet intelligentia, l. 7. vt non procedat extante veritate crediti, l. ſi de interpretatione, ff. de leg. Biuius *conſ. 283. n. 3.*

74 Deinde aduerto omnes has quaſtiones (an fraus interuenerit, necne) procedere reſpectu banchi, & illius, qui ſchedulam dat, & in his dolus conſideratur per DD. reſpectu circumſtantiarum, quæ accidere poſſunt in caſibus in quibus loquuntur.

75 Sed reſpectu Iudici, qui tertius fuit, & ſuum vendidit patrimonium, quo hodie creditores fruuntur, & pro pecunia de præſenti habuit dationem partiæ banchi auctoritate publica aſſecuratam, nullum præiudicium conſiderari poteſt, quando fraus extitit inter Caſtellanos, Aluarado, & banchum, dolus enim commiſſus in contractu non præiudicat tertio, gloſ. magna in l. eleganter in principio. ff. de dolo.



& in nostra specie *Surd.* omnino videndus *conf. 528. num. 25. & seqq. & nam. 27. lib. 4.* qui loquitur in casu difficiliore nostro, & probat, quod quamvis sit dolus inter dantem, & schedulam acceptantem, ex hoc præiudicari non poterit ille in cuius favorem acceptata fuit partitæ solutio.

76 Ex dictis, breuiter omnibus ponderationibus in contrarium factis satisfit, quia quod asseritur *num. 41* idem esse banchum esse proximum decoctioni, vel decoxisse, ex supra dictis incertum est, & brocardica allegata, generalia sunt, quæ ad nostrum casum non adaptantur, & multo minus *conf. 400. Baldi in libris Theaurarj lib. 5.* quæ allegatio (vt dictum est supra) pro Iudici facit.

77 Minus obstat alia ponderatio circa contractus à prodigo celebratos: quia ultra quod est valde disputabile, an illorum contractus sint nulli ante interdictionem bonorum illis facta: hæc quæstio casui nostro non applicatur, quia banchum, nec secrete, nec publice, nec alio modo sua bona, & effectus dilapidabat, nec aliqua suspicio decoctionis erat, & Iudici non erat tam parum cautus quod præsumendum sit voluisse patrimonium suum ita profunderi.

78 Et cum hoc fundamentum sit incertum, & tam inapplicabile, parum pendenda sunt ponderationes ex eo deductæ, & omnia in contrarium adducta, & respondetur etiam resolutioni *Scacc. de commerc. §. 2. gloss. 5. q. 17. nu. 445.* qui solum allegat, & sequitur *Strac. de decoctionib. 3. part. num. 28* cui iam satisfactum est.

79 Minus obstat, quod in contrarium asseritur contra *decis. 55. Franchis*, & cæteras doctrinas in sui comprobationem relatas *nu. 69.* nam ex eo non excluditur differentia, tam notoria, quæ est inter decoctum, & insoluentem, quam facit *Scaccia* ab utraque parte citatus, quia insoluens non est prohibitus contrahere, & decoctus sic.

80 Quapropter, quando omnia supra dicta conuincant banchum insoluens fuisse: & ex hoc sequatur decoctionem, non ideo impeditum erat contrahere.

81 Præterea agitur in contrarium de responsione *Bald. conf. 399. alias 400. in libris Theaurarj lib. 5.* qui vt relatum est, decidit in fauorem Iudici, & late probat conscriptionem partitæ in libro ante diem fallimenti obligare banchum ad solutionem dictæ partitæ, & non considerat fraudem in proximitate temporis, nisi aliæ existant coniecturæ, & hac forma intelligunt *Baldum Doctores* qui eum allegant, quibus addo *Matienç. in l. 1. gloss. 1. num. 12. tit. 19. lib. 5. Recopil.*

82 Deinde agitur de responsione *decis. 6. de mercatura*, quæ comprobatur eandem conclusionem quam fundamus, & omne quod respondetur, est retorquere conclusiones, quæ ibi probantur.

83 Ultra supra dicta varij discursus fiunt contra perfectionem huius contractus, dicendo Iudici, nec Tacin suo nomine non adimplevisse ex sua parte eum traditione iurium Regalium, quæ vendiderunt, nam vt supra dictum est, & præcipue *num. 47.* in hoc aduocatus partis aduersæ errat quia 1000 ducat, reddituum iurium Regalium, quæ vendidit Tacin de cuius pretio hæc partita procedit, realiter & effectiue tradita fuisse banchi, & eis hodie creditores fruuntur, & Iudici illis spoliatus remansit, & sui creditores, qui non habent unde sua credita exigant.

#### Tertia exceptionis responsio.

84 **H**æc exceptio habet duas partes: prima spectat ad cancellationem, seu contrascriptionem huius partitæ quæ facta est in libris banchi.

85 Secunda fundatur in transactione facta inter Michaellem Tacin procuratorem Marci Antonij, & Deputatos banchi.

86 Et non obstantibus his exceptionibus iuridice procedit prætensio Filici, & Marci Antonij.

#### Super contrascriptione.

87 **D**e hac contrascriptione non constat, nisi solum ex epistola scripta ad Senatum per D. Bernardinum Delgadillo Auelaneda, tunc Assistentem Hispalensis ciuitatis die 13. Septembris anni 1605. in qua de proprio facto non testificatur, sed de eo, quod fecit D. Marchio de Montescalros antecessor in d. officio, & sic nil probat quia quantumcumque prædicta epistola sit circa sibi commissam, cum ex ea agatur de præiudicio Marci Antonij qui tertius possessor, & credit Dominus est, non debet attendi, nam contra tertium non probat, vt tradunt DD. in l. admonendi de iur. iurand. & ibi Ripa *n. 140. per text. in l. exempla, C. de probat. & in l. Epistola, in princip. ff. de pact. idem tradit Menoch de arbitrar. casu 49. numer. 22. Genua de scriptura priuata, lib. 3. q. 1. de epistola n. 187. pag. mihi 115.*

88 Secundo, nam decreta iudicialia, quæ dicta epistola missiva refert præcellit contrascriptionem, ex sua natura debent probari per scripturam, cap. quoniam contra, de probat. gl. in l. generali, C. de tabularijs lib. 10. Bart. in l. ne in arbitris, C. de recept. arbit. n. 3. & in l. emancipatione, in princip. C. de fide instrum. Bald. in l. gesta, vers. Quoniam quid, C. de re iud. c. Mascardo conclus. 32. tom. 1.

89 Tertiò, quia non statuitur instrumento referenti non constito de relato, Authent. si quis in aliquo, Cod. de edend. cum vulgaribus, & ita in specie tradit Angelus in repetitione, l. sciendum, ff. de verb. obligat. num. 19. quæ inuenitur post lectionem Angeli illius tituli, vbi quod relationi nihil creditur in præiudicium tertij, sequitur *Alexand. conj. 6. num. 6. lib. 4. Socid.*



Senior *consil.* 266. *col.* 2. *lib.* 2. & idem est in testibus, qui se referunt ad acta processus de quo non constat, quia nihil probant. *Roland. consil.* 8. *num.* 21. *lib.* 3. *Cephalus consil.* 200. *num.* 72. *lib.* 2.

90 Quarrò, supposito quòd constasset de decertis contrascriptionis, cum in iudicio summario fieret, & absque causæ cognitione, & per solum Assistentis decretum (quod hodie intimatum non est Marco Antonio) non potest præiudicare in hoc iudicio, quod plenarium, & ordinarium est. *l. à Dino Pio, § si super rebus ff. de re iud. l. pen. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. c. veniens, el. 2. de rescrib. plenissimè D. Valenc. consil.* 90. *num.* 19.

91 Quintò, quia prædictus Marcus Antonius cum sit pars formalis, & Dominus dictæ partitæ, ut dictum est, non fuit citatus, ut priua retur tanta summa, unde nulla fuit contrascriptio, cap. licet *Episcopus de præbend. lib.* 6. *lege fin. C. si per vim, vel alio modo, l. si quis ad se fundum, C. unde vi, l. defensionis facultas, C. de iur. Fisci lib.* 10. plura cumulat Afflicis ad *consil.* Neapoli *lib.* 10. *dub.* 24. *ex num.* 45. *cum seqq.* Menoch. de recuperand. rem. 15. *n.* 469. & *consil.* 1002. *nu.* 26 *lib.* 11. *Conarr. in præf. quest.* 13. *n.* 2. *col.* 2. ad fin. Marant. de ordin. iudicior. 2. *p. tit.* de citatione, primo membro iudicij, *num.* 2. *cum seqq.*

92 Ex quibus patet prædictam contrascriptionem nullam fuisse, & non præiudicasse Marco Antonio, qui hodie retinet suum creditum, tam efficax, quam antea, ut tradit Bald. in *l. si praeses nu. 5. C. quomodo, & quando iudex* qui loquitur in terminis cancellationis nullæ, & dicit, quæro numquid acta sic cancellata probabunt sicut prius? Respondeo quod sic, quia cancellatio non tenuit ut hic, unde nota quod cancellaciones inualide factæ per magistratus, vel tabelliones, non derogant scripturæ, tene menti, *Gracian. tom.* 4. *cap.* 699. *n.* 1.

93 Principaliè cum facta non sit hæc cancellatio per ipsum Marcum Antonium Dominum crediti, cum enim sit per debitorem, aut tertium non præiudicat creditori, ut in specie tradit Bald. *consil.* 305 *lib.* 3. ad medium, *versic.* Aut si apparet facta per debitorem, & in *versic.* Aut apparet facta per tertium, *Thusc. tom.* 1. *litera C. conclus.* 22. *num.* 4. 6. & 7. ubi explicat conclusiones deductas ex prædicto Baldi *consil.*

94 Contra hoc dicitur primo, præcessisse plenam causæ cognitionem dictam cancellationem, & defectum dictæ Epistolæ Assistentis suppleri ex actis productis, ad quod facile responderi potest, considerando primò, hæc acta solemnitate non habere. Secundò hæc decreta eundem defectum pati, quem Epistola, si qui dem ex eis non constat intervenisse causæ cognitionem, nec Marci Antonij citationem ad prædictam contrascriptionem. Ex quo re-

sultat quòd quando Epistola, aut instrumentum solemnem mentionem faceret quòd transcriptio facta fuerat ritè, & rectè, evanesceret consilio de relato informi, & minus solemnè, per *Regul. auth. si quis in aliquo, C. de edendo, & sic in indiuiduo cum pluribus, Amato resolut.* 42. *num.* 14.

95 Secundò asseritur hæc instrumenta pro se habere præsumptionem cum solemnè fiat, quia eis nil aliud deest, nisi solemnitas, & iustificatio ob defectum cognitionis causæ, & citationis partis formalis.

97 Tertiò dicitur, quod si iuxta resolutiones Baldi, & Gratiiani, quæ supra citatæ sunt *num.* 92. cancellatio facta à non iudice non valet, à contrario sensu, valida erit à iudice facta, nam non consistit difficultas, in eo quod cancellatio fiat per iudicem, aut non iudicem, sed in eo, quod fiat ritè, & rectè à parte formalis, & cum causæ cognitione, ut dictum est, nam iudex, qui procedit de facto (ut hi iudices banchi processerunt) nihil facit, & idem est, ac si particularis procederet ut probatur in *c. conquirente de restitutione spoliatorum, Decian. res. ponf.* 47. *nu.* 27. & *seqq.* *vol.* 5. *Burgos de Paz consil.* 25. *num.* 3. & 4.

98 Quarrò dicitur cancellationem comprobata fuisse ex taciturnitate partis tanto tempore, quòd ex serie facti evanescit, nā post fallimentum Marci Antonij, D. Fisci Patronus se opposuit supplicatorijs expeditis à iudice banchi eas impugnans, & obrinuit ut exequerentur præstita à creditoribus idonea cautione de stando iuri super prætensione Marci Antonij, & cum ex iure sit introducta cautela, nullū potest ex asserta taciturnitate generari præiudicium.

99 Quintò fiunt diversæ ponderationes ad confirmationem eiusdem prætensionis, quæ evanescunt ex supra dictis.

*Super transatione facta cum Michaelè Tacin, Marci Antonij Iudici Procuratore.*

100 **A**ltera exceptio est hæc transactio, quæ duas peremptorias exceptiones habet.

101 Prima est, quòd quando dicta transactio in indiuiduo hanc comprehenderet partitam, nullum afferret præiudicium defensori, & creditoribus dicti Marci Antonij, nam quādo mādaturum dedit, & facta fuit transactio, erat iam decoctus prædictus Marcus Antonius, & in carcerem detrullus per fallimentum iudicem, & omnia ipsius bona sequestrata die 26. Februarii anni 1603. & sequestratio generalis quam per fallimentum, Regij patrimonij Senatus facere iussit, confecta fuit die 24. Ianuarii 602. & mandatum, cuius virtute facta fuit transactio, fuit celebratum 26. Martij 603. & sic nullum effectum fuit sortita, nam decoctus pro



pro mortuo habetur, & nihil potest agere, & perdit administrationem bonorum, l. is cui bonis, ff. de verbor. obligat. Scaccia de commercijs, §. 2. gloss. 5. num. 329. & 330. Straca de decoctionibus part. 3. num. 28. Gaito de credito, cap. 2. tit. 7. num. 2399. 2049. & 2421. & transactio per decoctores facta nihil releuat, quia præsuntur in fraudem creditorum, Straca d. part. 3. num. 28. Scaccia de commercijs, §. 2. gloss. 5. n. 445. versic. Exemplifica, Gaito de credito, cap. 2. dict. tit. 7. num. 2049. Catalan. de indulto, capit. 55. num. 83. ibi: Decimū, & ultimum speciale erit, quod decoctus post decoctionem sequitam, nō possit nec agere, nec cedere, text. est in l. si vnus, ff. de recept. arbit. notatur in l. is, qui bonis, ff. de cess. bonorum, Franch. decij. 55. num. 5. allegans Bald. dict. consil. 400. volum. 5. & annotauit Straca in dict. 3. part. num. 14. & ratio est, quia nec habet velle, nec nolle, vt ex superius deductis facile colligi poterit; & ob id pacta facta cum fallitis super pecunia oblata non valent, prout placuit Boer. in dict. decij. 215. num. 8. quinimo inibi affirmavit, quod pactis quibuscumque non obstantibus, creditores poterunt totum exigere.

102. Quod confirmatur ex conclusione deducta ex l. si cum Cornelius 72. ff. de solut. vbi quod mandatum procuratoris ipso iure reuocatur per decoctionem ipsius, vel per aliam statum mutationem, & ita notant Bart. & Paul. ibi Bald. in l. mandatum, C. mandati, num. 14. vers. Modo venio ad questionem Mantica de tacitis, tom. 1. lib. 3. tit. 22. n. 42. & 47. Gomez Arias in l. 31. Tauri in princip. vsque ad num. 5. Fabio de Anna consil. 82. num. 11. lib. 1. Scaccia de commercijs, §. 2. gloss. 5. num. 402. pag. 391. Catalanus de indulto, cap. 55. num. 42. & cum hæc reuocatio fiat à lege, & dispositio legalis omnibus sit nota, talis reuocatio inducitur ipso iure, & nulla indiget intimatione ad nullitatem actus gesti per procuratorem, vt post plures antiquos resoluit Gomez Arias in d. l. 31. Tauri, num. 5. & 6. Straca de decoctionibus, part. 3. num. 50. & sequent. Scaccia dict. §. 2. gloss. 5. num. 403.

103. Idem procedit in mutatione status mandantis, quia per ipsam reuocatur, etiam mandatum ipso iure, procuratorque virtute ipsius nihil gerere potest, vt probatur in l. si quis alicui, ff. de acquir. hæredit. quæ licet loquatur in futuro, tamen idem est in quacumque mutatione status mandantis, propter identitatem rationis, & ita in indiuiduo probant Decius in l. rogasti, §. si fugitiuus, ff. si certum petatur, & cum alijs pluribus Fabio de Anna consil. 82. num. 12. & 13. lib. 1. Marta voto 84. vbi dicit ita fuisse decusum. Si ergo in istis casibus mandatum reuocatur per decoctionem, aut mutationem status mandantis, seu mandatarij, quanto fortius erit nullum mandatum, quod dictus Marcus Antonius dedit post incarcerationem, & decoctionem sequestrationemque

bonorum, & ita nihil valuit transactio ex defectu mandati.

104. Contra hoc opponitur, quod ex actibus relatis non constat de fallimento Marci Antonij, & quod argumentari potest contra fiscum ex eo quod in fauorem acceptationis schedulæ dictum est ex num. 68.

105. Sed verum est, in omnibus conclusio- nibus Iudici iustitiam fouere, nā quando Mor- teus acceperat, erat in suo credito, & nulla erat decoctionis suspicio: at vero quando Iudici mandatum tribuit, erat in carcerem detrusus, & omnia ipsius bona sequestrata, quod proprium fallimentum est, vt notat Straca de decoct. part. 1. num. 103. & Angel. & ceteri Doctores citati num. 57. qui fallimentum exemplificant, quando intra vnus, aut duorum dierum spatium accidit, aut quando mercator id dixit, vel quando sarcinulas præparabat, vt fu- geret.

106. Secunda responsio est: præsupposito, alletam transactioem nullitatem, nō habere ex defectu mandati (vt habet) sed quod valida fuisset, & adhuc concluditur non præiudicare prædicto Marco Antonio, nec eius creditoribus, nam considerato dicta transactio- nis tenore, solum in ea comprehenduntur certæ prætensiones diuersæ ab hac partita, & quamuis in libello coram Iudice producto referunt prædictum Marcum Antonium restitutum esse 2. comp. 500 ff. marapet. quæ receperat ad computum 100 ff. ducat. reddituum iuris Regalis, quod Aluádo vendidit, hæc relatio non fuit, vt super venditione transfigeretur, nec vt pro nulla partita bancharia daretur, super qua hæc lis agitur, siquidem acquisierat plenum ius in ea dictus Marcus Antonius, per annotationem in libris banchi factam.

107. Quod patet, quia in omnibus scripturæ partibus in contrarium pōderatis, nullum verbum de remissione huius partis, nec de transactioe super ea facienda, reperitur.

108. Atque ita, in dicta transactioe, nec re- nuntiata, nec comprehensa hæc partita remā- sit: & sic præsumitur, eo quod sit super præten- sionibus certis, quæ ad alias non extenditur, l. si de certa, C. de transactio. Menoch. lib. 3. præ- sumpt. 151. num. 8. & 9. & hoc procedit quā- uis in transactioe sint verba generalia, adhuc enim debent restringi ad materiam super qua transigitur, l. emptor, §. Lucius, & ibi Bald. ff. de pact. l. ex pluribus, ff. de solut. l. si ex maiore, C. de except. vbi Cinus dicit, quod generale pactum de non petendo restringitur ad partem solutam, Bald. ibi dicens: quod generalis refu- ratio restringitur ad specialem satisfactionem, Angel. in l. obligatione generali, ff. de pignor. vbi quod pactum de non petendo generaliter factum, restringitur ad quantitatem solutam, quia remissio generalis facta respectu certæ rei, vitra illam non extenditur, & omnis dispositio



restringitur per suam causam, Honded. *consil.* 418. *num.* 12. *tit.* 16. *lib.* 3. Rota apud Ludouic. *decis.* 158. *num.* 4. & per tot. de quo est text. celebris in l. stipulatus 4. ff. *usuris*, ibi: Quia non est verisimile plus ea stipulatione promittere voluisse, quam iudicio empti prestare compelleretur, Marc. Anton. Eugen. *consil.* 13. *num.* 12. Viuiano in *praxi iur. patronat. lib.* 3. *capit.* 8. *n.* 276. & sequent. pag. 625.

109 Contra hoc opponitur. Primum, hanc transactionem generalem fuisse, & sic omnes prætensiones Marci Antonij comprehendere, sed ex relatis satisfactum est, dum probatur, quod verba generalia restringuntur ad illud sit per quo tractatum est, & non ampliantur ad aliud.

110 Secundo opponitur, pactum in transactione appositum per Tacin nomine Marci Antonij, quod contra solutionem marapetinarum, ad quam ex transactione obligatus remansit, non opponeret compensationem ex prætensionibus quas habebat contrabanchum, & argumentatur, quod ille qui promittit non compensare, renuntiat ius petendi, & ad hoc tendunt discursus, qui sunt pro hac parte.

111 Respondetur primo, pactum non compensandi, & renuntiationem compensationis validam non esse, eo quod sit contra bonos mores, & equitatem naturalem, vt probat Afflict. *decis.* 121. *num.* 5. & 6. Ancharran. *quest.* 2. *num.* 13. *lib.* 1. & cum alijs Graf. *except.* 16. *num.* 24. cum duobus sequent.

112 Secundo, quod quando validum fuisset pactum non opponendi compensationem, nihil obstat quo minus hæc posset introduci super dictis 18. comp. nam regula absque controuersia est, quod in renuntiationibus proceditur strictissime, tam respectu iurium, l. si de certa, C. de transact. quam respectu personarum, l. si unus, §. ante omnia, ff. de pact. Cancr. *lib.* 3. *variar.* cap. 15. *num.* 231. & 232.

113 Et sic renuntians instrumento non censetur renuntiare contractui, vel actioni in eo contentæ, Cancr. *dict.* cap. 15. *num.* 233. Gaito de credito, cap. 3. *tit.* 1. *num.* 837. Graf. de except. in preliudio, *num.* 244.

114 Et qui duo iura habet, si virtute vnus litigat, & causam amittit, de nouo, virtute alterius iuris, quod non deduxit agere poterit, Felin. in c. in nostram. 2. de rescript. Cancr. *lib.* 3. *variar.* cap. 3. *num.* 295.

115 Et in optima specie hoc tradit Rota *decis.* 100. *num.* 4. & 5. part. 2. *diuersorum*, Salgado de Regia protect. 4. part. cap. 8. *num.* 274. vsque ad n. 282 Natta *consil.* 38. *n.* 5. & 6. vol. 1. Surd. *decis.* 153. *num.* 16. Rota apud Farinac. *decis.* 492. *n.* 8. & 9. part. 1. in recent.

116 Vnde cum prædictus Marcus Antonius haberet ius petendi, sicut actor 18. comp. & si banchem aliquid peteret veluti reus eos compensandi, iuri compensan-

di renuntians, non videretur iuri petendi renuntiasse, vt ex dictis fundamentis probatur.

117 Et ad hoc est textus expressus in l. quod in diem, §. si rationem, ff. de compensat. vbi probatur, exceptionem, quæ sufficiens non fuit ad impediendam condemnationem, reprobata non remanere, vt in alio iudicio deducatur.

#### Quarta exceptionis responsio.

116 Hæc exceptio solum tendit ad excludendum ius fisci, & quod in ea dicitur ad rem non facit, siquidem hæc partita non respicit venditionem 4. comp. iurium Regalium, sed venditionem 105. ducatorum quotannis à Tacin factam, præterquam quod Regius fiscus est creditor Marci Antonij in magnis summis, & de præsentis executio facta est in eius bonis pro 190. comp. in quibus reliquatus fuit, vt constat ex testimonio exhibito.

119 Et per transactionem factam inter Regem & Petrum Iordan omnes effectus, & bona Marci Antonij diuidenda sunt inter transigentes pro æqualibus partibus.

#### Illatio ad punctum nunc decidendum.

120 Supposito quod hæc partita sit bancharia, & quod illius exactioni, non obstat creditorum exceptiones, planissimum est, soluendam esse ex Regijs iuribus, & alijs banchi effectibus à creditoribus possessis virtute litterarum requisitoriarum expeditarum à Iudice commissionis banchi.

121 Nam quando banchem erigitur obligationem contrahit sub hypotheca bonorum, & fideiussoribus ad fauorem omnium creditorum, cum eo contrahentium, & cum hypotheca nascatur eodem die, & tempore omnium fauore, non attenditur prioritas contractus, & omnes in tributum veniunt, & per æs, & libram, distributio est inter eos facienda, l. procuratoris, §. si plures, & §. planè, ff. de tributaria, l. pro debito, C. de bon. auth. iud. possid. l. 1. *tit.* 14. part. 5. Paul. *consil.* 285. *lib.* 2. & in pluribus creditoribus depositaris, est textus expressus in l. si hominem, §. quoties, ff. de depositis, quod latè exornat Castillo tom. 3. cap. 16. *num.* 51. & sequent. & *num.* 77. Gaito de credito in appendice, cap. 4. *num.* 124. versio. Et si pecunia, pag. 471.

122 Et hoc fuit decissum in hac causa in creditoribus bancharijs, quibus ex Senatus sententijs solui decissum fuit per æs, & libram.

123 Et in quantum ad redditus ex iuribus Regalibus perceptos, & percipiendos, iussu fuit prædictos creditores fideiussiones dare, sicut dederunt, quæ operantur pecuniam exstantem, & in consumptam permanere, ac si esset in potestate debitoris ad effectum, vt creditores exigere possint, l. ex facto, de peculio, l. 1. & 2. ff. de usufruct. eorum rerum, & Francis *decis.* 75. *num.* 9. & per totam, & cum alijs pluribus Castillo tom. 4. cap. 61. *num.* 74. Et



Et si Marco Antonio hi redditus non soluerentur, inæqualis remaneret cæteris creditoribus, qui redditibus Regalium iurium, quæ eis distributa fuerunt, frui sunt.

124 Quibus additur, fiscum, qui in hac causa litigauit, privilegium habere exigendi quodlibet creditum sibi debitum, cum redditibus, etiam absque mora, l. cum quidam, §. ex locato, versio. Fiscus, ff. de usuris, ubi id notant Bald. Salicet. & Angel Fabio de Anna conf. 93. lib. 2. Alfaro de officio fiscalis, & privileg. fisci, gloss. 16. de fisco agente, privileg. §. 6. num. 19. & privileg. §. 4. num. 20. in fine.

225 Ex quibus vndique constat confirmandam Senatus sententiam in gradu reuisionis, prout confirmata fuit, expedita executoria ad fauorem clientum, & condemnatio capitalis, & reddituum ascendit ad plus quam 45. comp. marapetitorum.

### SVMMARIVM Allegationis XVII.

- 1 Præsentio partis proponitur.
- 2 Viduæ soluto matrimonio debentur dotis usurae.  
L. unica, §. exactio, §. si autem, C. de rei uxorie actione, exornatur.
- 3 Cap. salubriter de usuris, ex identitate rationis procedit fauore viduæ soluto matrimonio, & num. 4.
- 5 Quod in pluribus Præuincijs practicatur.
- 6 Couarru. lib. 3. variarum cap. 1. num. 3. vers. Sexto in hac questione quatenus vidua interesse dotis denegat, notatur.
- 7 Ratione interesse lucri cessantis, & damni emergentis, debentur viduæ usurae dotis ex opinione Couarru. & aliorum.
- 8 Viduæ instanti pro dotis restitutione, debetur interesse dotis.
- 9 Et quando non habet aliunde ad alimenta.
- 10 Frequentia censuum supplet requisita ad probandum, & extinguendum interesse.
- 11 Dotis restitutio venit, marito vergente ad inopiam.  
L. si constante soluto matrimonio, l. ubi adhuc, C. de iure dotium exornatur.
- 12 Maritus vergens ad inopiam, non habet dilationem legalem ad dotis restitutionem.
- 13 Dotis restitutio peti potest quando marito aliquid infelicius accidit.
- 14 Redditi dotis debentur pro tempore oppositionis ab uxore factæ ob vergentiam viri ad inopiam.
- 15 Creditor prior tempore, potior est iure.
- 16 Et an hoc procedat respectu usurarum dotis, in dubium reuocatur.
- 17 In contractibus bonæ fidei in quibus, iuxta eorum naturam debentur redditus, hypotheca quæ competit pro dote, competit pro usuris cum antelatione, & num. 18.
- 19 L. Lucius, ff. qui potiores ponderantur.

- 20 Antelatio pro usuris procedit, siue debeantur iure actionis, siue officio iudicis.
- 21 In usuris dotis procedit etiam prædicta conclusio.
- 22 Auth. res quæ, C. communi: delegat. permittens alienationes fideicommissi pro dote, procedit etiam pro usuris & interesse dotis.
- 23 Prælatio quæ competit mutuantibus ad rei restitutionem, competit etiam pro interesse mutui.
- 24 Interesse dotis debetur, etiam si maritus decoquat, & num. 29.
- 26 Decisio Senatus Regij patrimonij affertur.
- 27 Opponitur decis. Granatens. 37. D. D. Ioannis de Larrea.
- 28 Regia facultas, & assensus comprehendit dotis usuras ex communi.
- 29 Plures Doctores Hispania referuntur pro hac opinione.
- 30 Motuum decis. Granatens. refertur.
- 31 Mora uxoris, non culpabilis eam, non excludit à petitione reddituum.
- 32 Debitor potest non soluendo suis creditoribus præiudicare.  
L. lex vechigali ff. de pignoribus declaratur.
- 33 Recipiens ortem censetur redditus remittere.
- 34 Transactio super una re, aut actione, ad aliam non extenditur.
- 35 Usurae debita iure actionis, per exactionem sortis non remittuntur.
- 36 Uxori debentur dotis redditus iure actionis.
- 37 Extante consuetudine, quod viduæ debeantur dotis usurae, non censentur remissa per receptionem sortis.
- 38 Nec præsumuntur remissa existente aliqua iusta causa.
- 39 Nec quando uxor ignorat sibi deberi.
- 40 Nec quando vidua habet filios.
- 41 Hypotheca competit pro arrhis à die promissionis.
- 42 Uxorem non teneri probare arrhas, non esse excessiuas plures Doctores tenent, & numero 43.
- 44 Pater assignans rem ad meliorationem præsumitur, non excedere.
- 45 Glossa in l. cum de lege, ff. de probat. opponitur, & explicatur.
- 46 Extantibus adminiculis confessio mariti arrhas non esse excessiuas, probat.
- 47 Promissio arrharum intelligitur respectu bonorum præsentium, & futurorum.
- 48 Fræsertim quando in promissione, ita dicitur.
- 49 L. si is qui, ff. de iure fisci opponitur.
- 50 Uxor pro arrhis habet tacitam hypothecam in bonis mariti.
- 51 Creditor si præter antelationem temporis, habeat pro suo credito aliquod privilegium præfertur fisco in bonis debitoris postea quaestis.
- 52 Uxori debetur interesse arrharum.
- 53 Decisio Senatus refertur.



## ALLEGATIO XVII.

## P R O

D. Catherina Bernaldo de Quiros, vidua Francisci Guillelmas Velazquez, Regiæ Camerae Magistri.

## C O N T R A

D. Fijci Patronum.

## EPITOME ALLEGATIONIS.

- I Viduæ debentur vsuræ dotis retardatæ.
- II Et pro eis competit hypotheca cum antelatione dotis.
- III Nec censentur remissæ, per receptionem sortis principalis.
- IV Vxor habet fundatam intentionem ad exactionem arrharum ex instrumento promissionis, maxime si pro valore bonorum mariti extet coniectura.

**C**ausa vertitur inter D. Catherinam Bernaldo de Quiros quondam vxorem Francisci de Guillelmas Velazquez Camerae Regiæ Magistri ex vna parte, & D. Regium Fiscalem ex alia.

1 Prætendit D. Catherina Regium patrimonium condemnandum ab solutionem interesse dotis receptæ à dicto Francisco de Guillelmas ex die 11. Ianuarij ann. 1627. vsque ad 7. Maij 1633. ad rationem quatuordecim pro milliari, & similiter ad solutionem 2000. ducatorum pro arrhis quas prædictus Franciscus Velazquez ei promissit. Et factò præsupposito hæc allegatio in quatuor principales diuiditur articulos.

## ARTICVLVS PRIMVS.

2 **L**ex vnica, §. ex actio, & §. fin autem, C. de rei vxor. action. determinat hunc punctum vsurarum, & reddituum in fauorem vxoris, vt quando restituitur ei dos debeantur redditus, vt patet ibi: Statim post dissolutum matrimonium, etiam vsuras affirmationis omnium rerum, quæ extra immobiles sunt, & Gregor. in l. 3. i. tit. 11. part. 4. gloss. 3. versic. Et nota, Antonin. Amato variarum lib. 1. cap. 49. num. 7. 8. & 9. qui resoluit hæredes mariti obligatos esse ad redditus, & fructus dotis.

3 Ex quo, non est necessaria disceptatio quotidiana, an caput salubriter de vsuris, procedat in vxore, vt soluto matrimonio vsuræ suæ dotis ei debeantur, vel possit retinere fructus pignoris pro securitate dotis sibi traditæ,

est enim textus expressus, qui hunc punctum in fauorem vxoris determinat.

4 Quinimò quādo ageretur hæc quæstio, iuxta eam debebat obtinere prædicta D. Catherina, nam cōmunis opinio Doctorum est quod ratio cap. salubriter de vsuris procedit, & habet locum in vxore quando ei dos retardatur, Ioannes Andreas, & Abbas in d. capite salubriter de vsuris, per textum ibi, idem Abbas consil. 39. lib. 1. Grammaticus decif. 103. num. 93. & 94. Thesaur. decif. 43. n. 3. & 4. Fachin. lib. 3. controuers. cap. 101. Rojas de success. ab intestato, cap. 33. n. 27. & sequent. Burgos de Paz consil. 4. num. 28 Molina lib. 4. cap. 5. n. 9. Rodriguez de annuis redditibus lib. 3. q. 7. n. 53.

5 Et in Regno Neapolitano sic obseruari testatur Franch. decif. 217. & 472. Capit. Galeot. controuers. tom. 2. ad fin. in decif. ad controuers. 64. & 65. num. 32. cum sequent. pag. 578. Gometius Vayo in praxi lib. 2. q. 103. nu. 15. vsque ad fin. vbi dicit sic præsticari vidisse, & in Sabaudia, & Senatu Pedemontan. Thesaur. decif. 43. num. 3. & 4. iterum decif. 45. per tot. & in Regno Hispaniæ Molina dict. cap. 5. n. 5. & 6. & ibi additio, Rodriguez vbi supra, Galeota, vbi supra num. 36. & 37. Vayo vbi proximè, & in Sicilia Regno Castillo decif. 61. n. 12. & 23. & in Rota Romana, Farin. decif. 259. in nouem cent. Ferentilius in additione ad Buratum decif. 65. n. 4. vbi plures Rotæ decisiones allegat. Rota apud Fenzonium decif. 81. 84. 85. 86. post commentar. ad statuta vrbis, Sperel. dec. 84. num. 43. Cesar Manent. de contract. libellar. pacto 15. ex num. 9. Et in Cathalonix Principatu Cancer lib. 1. variar. cap. 9. num. 159. versic. Noster vero Regius Senatus, vbi testatur de praxi condemnandi maritum, Ioseph. Ramon consil. 82. num. 6. Fontanel. decif. 91. num. 17. vbi remissive loquitur.

6 Et quamuis D. Præses Couarru. lib. 3. variar. cap. 1. num. 3. versic. Sexto in hac quæstione opinionem contrariam sequatur, ex eo quod limitata sit decifio cap. salubriter de vsuris, fauore generi, Molina dict. cap. 5. num. 6. ad finem asserit, quod eius opinio tenenda non est, & Additionator supra d. num. 6. fol. 285. idem tenet.

7 Et adhuc Præses Couarru. vbi proximè in his terminis fatetur soluendas esse vsuras viduæ, ratione dotis retardatæ ex causa lucri cessantis, aut damni emergentis, & quod sufficit pro probatione, censuum frequentia, qui Hispaniæ constituuntur, quod sequitur Lupo de vsuris comment. 1. §. 4. sub num. 89. Castill. decif. Sicilia 61. num. 23. & sequent. qui idem resoluit ex frequentia censuum Sicilia, sequitur Antonin. Amat. resolut. 49. num. 69. qui omnia scripta cumulat Capit. Galeot. loco citato, num. 31. & plenissimè Ciriac. tom. 2. controuersiar. 271. num. 31. vsque ad finem.

8 Quinimò quando instat vidua pro exa-

ctio.



atione dotis. & consequi non potuit, redditus ei debentur, Rota per Farinacium *decis. 106. n. 2. & decis. 602. num. 4. part. 1. in posthumis, & decis. 59. num. 2. & 3. part. 2.* quæ decisiones notabiles sunt, nam Rota in usurarum, & interesse materia strictè procedit, & tamen cum circumstantia instantiæ pro exactione dotis, pro vxore resoluit, sequitur Antonin. Amato, d. *resolut. 49. num. 94. Giurba ad statut. Messanen. cap. 15. gloss. 15. num. 30. Sperell. decis. 84. num. 44.*

9 Et etiam viduæ redditus debentur quando (vt in hoc casu) non habet aliunde, vnde se alat, vt post Ancharran. & alios tradit Cancer. *dict. cap. 9. num. 159. versic. Quod subintellige in 2. editione, Amato dict. cap. 49. num. 92. Sperell. dict. num. 44.*

10 Et debentur etiam redditus quando ad est consuetudo solutionis reddituum, quæ iustificatur ex frequentia censuum, vt tradunt Molin. & ceteri Doctores supra citati, & in specie, Giurba *ad statuta, Messanen. dict. cap. 15. gloss. 15. num. 31 vbi num. 32. addit, non debere probari per viduam, ad fuisse emptiones, annuorum censuum, latè Amato, dict. cap. 49. num. 98. & 99. vbi num. 100. addit. Ita fuisse iudicatum in illo Regno.*

11 Nec obstat replicare, quod quando prædicta D. Catherina executioni factæ in bonis sui mariti se opposuit, nondum casus aduenierat restitutionis dotis, eo quod matrimonium durabat inter eam, & prædictum Franciscum Guillamas, nam tunc casus restitutionis dotis euenit, quando maritus non est soluendo, vt in hoc casu, in quo exequutus fuit pro tot marapedinorum summis regio patrimonio debitis, vt probatur in l. si constante, soluto matrimonio, l. vbi adhuc, C. de iure dotium. Vbi hoc remedium mulieri datur, quando maritus vergit ad inopiam, quod est, prælationem petere, & securitatem in bonis mariti pro sua dote, & quod ponatur in tuto, vt mulier alatur constante matrimonio, & restitutionem illius eo soluto consequi possit, vt tradit Bart. in dict. l. si constante num. 55. & 92. Claudio n. 28. Ias. num. 118 Barbosa num. 53. versic. Vltorius queritur, & num. 54. Escobar de ratiocin. 2. part. computat. 18. num. 11.

12 Et tam præcisa est hæc dotis restitutio, quod in hoc casu maritus non habet ad eam restituendam dilationem legalem, sed statim debet fieri restitutio, vt post alios tradit Antonin. Amato *dict. resolut. 49. num. 49.*

13 Et etiam peti potest restitutio durante matrimonio, si marito aliquid infortitius acciderit, vt quia sit bannitus, vt per Mastrill. *decis. 283. Tallo, super pragmatic. de antefato, versic. 4. obseruat. 4. num. 26. & 54.*

14 Et sic respectu temporis oppositionis prædictæ D. Catherinæ, vsque ad mortem prædicti sui mariti, ei redditus suæ dotis debentur,

& post mortem quousque fuit dos soluta, ex rationibus allegatis, vt tradit Caputio Galeota, post tom. 2. controuers. decis. ad controuers. 64. & 65. num. 41. & 42. pag. 579. vbi relatis Rotæ Romana, & Fontaneia dicit fuisse decisi in interesse dotis debeti vxori in iudicio affectionationis ob vergentiam mariti ad inopiam.

## ARTICVLVS SECVNDVS.

15 **P**rælatio D. Catherinæ notoria, & euidens est, nam hypothecam expressam anteriorem debito fisci, in bonis Francisci de Guillamas habet, quia dotis receptio fuit anterior officio Magistri Cameræ, l. assiduis, C. qui potiores, l. 33. tit. 13. part. 3.

16 Huius articuli dubitatio est, an hæc prælatio competat D. Catherinæ pro usuris, & redditibus quos petit.

17 In quo verissima est conclusio redditus comprehendi, nam cum contractus dotis, tam in origine, quàm in prosecutione sit bonæ fidei (s. fuerat institut. de actionibus, Bart. in l. 1. num. 5. soluto matrimonio, vbi Ias. num. 19. ad finem, versic. 4. ad finem) etenim in contractibus bonæ fidei, qui iure communi, & propria natura sunt usurarum productui, hypotheca, & fideiussio data pro sorte principali, eas comprehendit, & eandem prælationem habet quam fors principalis, vt in fideiussione probat Bart. in l. centum Capuæ, ff. de eo quod certo loco num. 8. ad medium, & ad finem, & ibi Iaso num. 6. colum. 3. illius, Burlato consil. 103. num. 18. Sord. decis. 212. per tot.

18 Et in hypotheca idem tradit Bart. in l. solutum, s. si in sortem num. 2. ad finem, ff. de pignorat. actione, & in l. pignoribus, C. de usuris, vbi quod hypotheca contracta super sorte comprehendit redditus, & usuras, etiam si expressè non sint promissæ, Gaito de credito capit. 4. q. 11. num. 1171. pag. 375. Merlino controuers. 43. num. 5. & 6. Nouello de dote, part. 6. priuileg. 7. versic. Secundo casu, dicens in hac materia fideiussionis, & pignoris dationem æquiparari, Burlat. consil. 103. num. 18. & 21. Roiental. de feud. cap. 9. conclus. 19. num. 1. cum sequentibus vbi nu. 4. Loquitur in terminis de hypotheca data pro dote, vt intelligatur contracta, etiam pro interesse ipsius.

19 Quam conclusionem probat, l. Lucius, ff. qui potiores, vbi vturæ, & interesse habent eandem prælationem, quam principalis fors, Bart. in l. si cum dote, s. Sin autem n. quissimo, num. 7. soluto matrimonio, vbi probat, quod sicut bona mariti sunt obligata pro dotis restitutione, ita & pro alimentis vxori debitis, & ad hoc pro textu formali allegat. dict. l. Lucius ff. qui potiores, sequitur Paulus, ibi: Dicens se ita obtinuisse per tres sententias conformes, & latè disputans Alexand. sequitur eandem resolutionem, & pro hac opinione, tanquàm æquiori fuisse iudicatum, citatur, Minlinget. cent. 2.



obseruat. 64. *Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 49.*  
*Feliciano de censibus tom. 1. lib. 3. cap. 5. num.*  
*18. Franchis decif. 613. n. 4. Ciriaco. tom. 3. con-*  
*trouerf. 430. num. 6. & 7.*

20 Et quando vsuræ sunt stipulatæ, hoc de plano procedit, sed l. *Lucius, qui potior.* etiam procedit in quantum ad prælationem vsurarum, & reddituum qui debentur ex natura contractus, vel officio iudicis, latè *Negusant. de pignoribus 5. part. membr. 1. num. 10. & 14. Crauet. in l. 1. solut. matrimon. num. 46. Bursato consil. 103. lib. 1. num. 12. cum sequent. & num. 18. & 21. dicit ita fuisse iudicatum, Surd. decif. 250. num. 16. Rosental. de feudis cap. 1. conclus. 19. num. 1. cum sequent. Barcio decif. 108. Mastrill. decif. 119. num. 11. cum sequent. part. 2. Guido Bono. aduocat. 29. n. 13. & 14. D. Valencuela consil. 16. num. 31. 32. 42. & 43. volum. 1. Peregrin. consil. 114. lib. 5. per totum, ubi num. 1. Loquitur expresse in vsuris accessoriè, & per officium iudicis debitis, Castill. decif. 17. num. 31. & 32. 42. & 43. Gratianus tom. 4. c. 730. num. 18. cum sequent. Fontanela de pactis nuptialibus tom. 2. clausul. 7. gloss. 2. part. 8. nu. 76. Gaito de credito cap. 4. quæsto 10. num. 1176. 1177. Merlino controuerf. 43. num. 7. Donat. Anton. de Marinis, quotid. resolut. lib. 1. resolut. 76. num. 5. vsque ad 9.*

21 Et in dotis vsuris, probat etiam hanc conclusionem Rodriguez latè explicans lib. 3. quæst. 7. num. 70. versic. *Superest modo quærere,* & versic. *Sed contraria sententia,* Ramon consil. 82. num. 7. lib. 1. Paschal. de patria potestate p. 2. c. 7. n. 40. cum duobus sequent.

22 Quod etiam coadiuuatur ex simili deducto, ex authentica res quæ, C. communia de legat. Vbi permittitur alienatio bonorum fidei commissi pro dote restituenda, vel constituenda. Et hæc permissio ampliatur ad exactationem vsurarum, & reddituum dotis, eo quod vna, & eadem res sit, vt per Franchis decif. 613. per totam, quem ita tenuisse dicit Paschal. d. c. 7. num. 32. & num. 49. in fin. & num. 65. in fin. Barcius decif. 108. num. 15. & 16. Ponte decif. 34. num. 39. Nouarius decif. 108. num. 34. ad pragmatic. de assilient. gloss. 5. num. 139. pag. 141. in 2. edit. sequitur Fufar. de substitutionibus quæst. 631. num. 42. & 43.

23 His conuenit alia resolutio singularis in materia legis licet, C. qui potiores, l. interdum, l. huius, ff. qui potiores, quod quo ratione in casibus horum textuum creditor acquirit hypothecam priuilegiatam contra anteriores creditores, etiam eam habet pro redditibus, & vsuris pretij, si redditualis est, ob conuentionem quam ex postfacto partes faciunt, aut ob aliam similem, vt latè probat Ponte decif. 34. num. 29. versic. *Ex his,* & per totam, Rodriguez de annuis redditibus lib. 2. quæst. 20. Fontanela

de pactis nuptial. tom. 2. clausul. 7. gloss. 2. p. 8. num. 74. cum sequent. Antonin. Amato resolut. 3. num. 50. & 73 Merlino controuerf. cap. 26. Mastrillo de censibus quæst. 5. num. 56. versic. *Quero vltèrius,* pag. 25. Castill. decif. 204. num. 10 part. 3. qui alios referunt.

24 Nec obstat replicare, quod nulla potuit esse mora in restitutione dotis propter decoctionem Francisci de Guillamas, nam in hoc prædictus, D. Fiscalis in suis allegationibus contrariatur modo dicens diem dotis restitutionis non aduenisse, eo quod Franciscus Guillamas non decoxit, modo interesse non deberi ex prædicto fallimento.

25 Et vtrumque sit, hæc vsuræ debentur etiam existente fallimento, vt per Salon de iustitia & iure quæst. 78. artic. 2. controuerf. 8. col. 693. versic. *Quod autem à principio,* in editione valent. 1598. Scaccia de commerc. § 1. quæst. 7. part. 2. ampliatur. 8. num. 100. versic. *Amplia primo hanc conclusionem,* pag. 182. Rota apud Caualler. decif. 528. num. 1. & decif. 605. n. 3. Auedaño de censibus cap. 9. num. 7.

26 Et Senatus decidit hunc punctum in fauorem D. Blanchiæ Spinola vxoris Melchioris de Negron. & D. Faustinae Cataneo, vxoris Ludouici Spinola, quæ non obstante fallimento maritorum, & creditorum concursu, prælatæ fuerunt pro dotibus, & vsuris earum, & idem decissum fuit in alijs causis.

27 Nec contra supra dicta obstat resolutio, D. D. Ioannis Baptista de Larrea, huius causæ filci patroni, nunc in supremo Senatu dignissimè eodem munere fungentis in decif. Granatens. disputat. 37. ubi latè probat Regiam facultatem ad obliganda bona maioratus, non extendi ad dotis vsuras, & interesse, & quod ita fuit decissum in Regio Granatens. Prætorio.

28 Quia quæstione absolute sumpta, vterior opinio est Regiam facultatem comprehendere redditus dotis, & eius virtute posse exigi a successore maioratus, quam probant supra dicta fundamenta, & eam tenet Blasius Lan-

ad pragmatic. de assilient. gloss. 5. num. 139. pag. 141. in 2. edit. sequitur Fufar. de substitutionibus quæst. 631. num. 42. & 43.

23 His conuenit alia resolutio singularis in materia legis licet, C. qui potiores, l. interdum, l. huius, ff. qui potiores, quod quo ratione in casibus horum textuum creditor acquirit hypothecam priuilegiatam contra anteriores creditores, etiam eam habet pro redditibus, & vsuris pretij, si redditualis est, ob conuentionem quam ex postfacto partes faciunt, aut ob aliam similem, vt latè probat Ponte decif. 34. num. 29. versic. *Ex his,* & per totam, Rodriguez de annuis redditibus lib. 2. quæst. 20. Fontanela

dum obligatum pro sorte, esse etiam obligatum pro vsuris, argumento l. per retentionem, & ibi Castrenf. C. de vsuris, & in redditibus dotis, idem probat Camerarius in cap. Imperialem, de prohibita feudi alienatione per Federicū fol. 51. colum. 4. versic. *Ex quibus,* Nard. in additione ad Iferniam in dict. capit. Imperialem, sub num. 5. super versic. *Gravius in fine,* Rosental. de feudis. cap. 9. conclus. 19. num. 3. Camil. de Curte in diuersor iuris feudal. 2. part. capit. 5. num. 51. cum tribus sequentibus, Fachineo lib. 7. controuerf. cap. 57. *Surdus de aliment. tit. 9. quæst. 31. Ponte consil. 64. num. 19. referens ita sæpè decissum fuisse,* & consil. 76. à num. 6. & præcipuè num. 13. 14. & 15. lib. 1. & decif. 34. num.



num. 38. afferens ita praedicari, Paschal. de potestate part. 2. capit. 7 ex num. 44. & sequent. & num. 51. vbi latissime hanc conclusionem comprobatur, Nouar. dict. decis. 149. num. 10. & dict. decis. 227. num. 3. & 6. dicens, ita iudicatum fuisse in Colaterali Consilio, & in Tribunalibus receptum, Theodoro allegat. 7. num. 19. Regens Salernitan. decis. 49. ex n. 5. & ibi Thoro in additione, num. 4. & 5.

29 Et ex Regni Doctores idem tradunt Rodriguez de annuis redditibus lib. 3. quest. 7. num. 70. versic. Ex praedictis infertur, Feliciano de censibus tom. 2. lib. 3. cap. 1. num. fin. pagina mihi 202. colum. 2. Mieres 4. part. quest. 1. limitat. 2. num. 39. fol. 131. colum. 2. in 2. editione, Guzman de euct. quest. 13. ex num. 61. vbi late omnia fundamenta huius opinionis recenset, & dixi allegat. 2. num. 65. 66. quibus etiam potest iungi, Cancer. lib. 1. variar. capit. 9 num. 185. in 2. editione, vbi sequendo Molin. lib. 4. cap. 5. num. 5. dicit possessorem maioratus, qui potest bona ad solutionem dotis vendere, posse a fortiori annuum redditum suum per eis imponere, cum sit alienatio minus praedicta, & in discursu cumulat praedicta fundamenta, quod assensus exteditur ad redditus ex capitali nascentes, & dicit ita fuisse decissum.

30 Et motium deciss. Chancelleriae insinuatum a d. D. authore eadem disputat. 37. n. 16. consistit in mora uxoris circa petitionem dotis, quod vel est incertum, vel debet intelligi, & declarari quando mora est culpabilis, & supina ita ut culpa notabilis in ea possit

de Regalibus officiis, num. 14. sub versic. Demum pro coronide, pagina mihi 179 & 180. vbi late per sex columnas hanc questionem examinat, & plura pro hac opinione fundamenta congerit, & dicit ita fuisse decissum ex Ponteloro citato, & ex Franchis decis. 611. sub num. 6. & quamuis referat contrarium defendisse in quadam causa creditorum Ducis Carpiniani, & pro eo obtinuisse, hoc non obstante residet in prima opinione uti veriori, & potioribus fundamentis suffulta, Cancer. lib. 1. variar. cap. 9 num. 185. versic. In partem affirmatiuam in 2. edit. respondet praedicto fundamento in mora consistenti, quod id accidit, ex contingenti, quod non debet attendi extante contractus iustificatione.

32 Et Theodorus vbi proxime num. 14. confirmat suam opinionem, ex eo quod debitor non soluendo potest suis creditoribus praedictare, in terminis l. lex vectigali, ff. de pignor. in qua factum debitoris non soluentis Canonem operatur deuolutionem emphyteosis ad dominum, prout explicat, & distinguit Batt. in l. in diem, num. 2. ff. de aqua pluuiarum arcenda, & in l. 3. ff. quibus mod. pign. vel hypothec. soluitur, & in l. si res, §. Marcellus, ff. de in diem additione, & late dixi supra allegat. 34. num. 103. & allegat. 22. infra num. 44. & dictis Doctoribus Neapolitanis addendus est Gallus in methodo iuris feudalis part. 2. cap. 1. num. 87. 88. pag. 22.

Ex quibus patet dict. disputationem Granatensem 37. & Chan

praedicari, Paschal. de potestate part. 2. capit. 7 ex num. 44. & sequenti latissime hanc conclusionem comprobatur, Nouar. dict. decis. 149. num. 7. num. 3. & 6. dicens, ita Colaterali Consilio, & in Tribunalibus receptum, Theodoro allegat. 7. num. 19. Regens Salernitan. decis. 49. ex n. 5. & ibi Thoro in additione, num. 4. & 5.

Doctores idem tradunt Rodriguez de annuis redditibus lib. 3. quest. 7. num. 70. versic. Ex praedictis infertur, Feliciano de censibus tom. 2. lib. 3. cap. 1. num. fin. pagina mihi 202. colum. 2. Mieres 4. part. quest. 1. limitat. 2. num. 39. fol. 131. colum. 2. in 2. editione, Guzman de euct. quest. 13. ex num. 61. vbi late omnia fundamenta huius opinionis recenset, & dixi allegat. 2. num. 65. 66. quibus etiam potest iungi, Cancer. lib. 1. variar. capit. 9 num. 185. in 2. editione, vbi sequendo Molin. lib. 4. cap. 5. num. 5. dicit possessorem maioratus, qui potest bona ad solutionem dotis vendere, posse a fortiori annuum redditum suum per eis imponere, cum sit alienatio minus praedicta, & in discursu cumulat praedicta fundamenta, quod assensus exteditur ad redditus ex capitali nascentes, & dicit ita fuisse decissum.

de Regalibus officiis, num. 14. sub versic. Demum pro coronide, pagina mihi 179 & 180. vbi late per sex columnas hanc questionem examinat, & plura pro hac opinione fundamenta congerit, & dicit ita fuisse decissum ex Ponteloro citato, & ex Franchis decis. 611. sub num. 6. & quamuis referat contrarium defendisse in quadam causa creditorum Ducis Carpiniani, & pro eo obtinuisse, hoc non obstante residet in prima opinione uti veriori, & potioribus fundamentis suffulta, Cancer. lib. 1. variar. cap. 9 num. 185. versic. In partem affirmatiuam in 2. edit. respondet praedicto fundamento in mora consistenti, quod id accidit, ex contingenti, quod non debet attendi extante contractus iustificatione.

32 Et Theodorus vbi proxime num. 14. confirmat suam opinionem, ex eo quod debitor non soluendo potest suis creditoribus praedictare, in terminis l. lex vectigali, ff. de pignor. in qua factum debitoris non soluentis Canonem operatur deuolutionem emphyteosis ad dominum, prout explicat, & distinguit Batt. in l. in diem, num. 2. ff. de aqua pluuiarum arcenda, & in l. 3. ff. quibus mod. pign. vel hypothec. soluitur, & in l. si res, §. Marcellus, ff. de in diem additione, & late dixi supra allegat. 34. num. 103. & allegat. 22. infra num. 44. & dictis Doctoribus Neapolitanis addendus est Gallus in methodo iuris feudalis part. 2. cap. 1. num. 87. 88. pag. 22.

num. 38. afferens ita potestate part. 2. capit. 7 ex num. 44. & sequenti latissime hanc conclusionem comprobatur, Nouar. dict. decis. 149. num. 10. & dict. decis. 227. num. 3. & 6. dicens, ita iudicatum fuisse in Tribunalibus receptum, Theodoro allegat. 7. num. 19. Regens Salernitan. decis. 49. ex n. 5. & ibi Thoro in additione, num. 4. & 5.

29 Et ex Regni Doctores idem tradunt Rodriguez de annuis redditibus lib. 3. quest. 7. num. 70. versic. Ex praedictis infertur, Feliciano de censibus tom. 2. lib. 3. cap. 1. num. fin. pagina mihi 202. colum. 2. Mieres 4. part. quest. 1. limitat. 2. num. 39. fol. 131. colum. 2. in 2. editione, Guzman de euct. quest. 13. ex num. 61. vbi late omnia fundamenta huius opinionis recenset, & dixi allegat. 2. num. 65. 66. quibus etiam potest iungi, Cancer. lib. 1. variar. capit. 9 num. 185. in 2. editione, vbi sequendo Molin. lib. 4. cap. 5. num. 5. dicit possessorem maioratus, qui potest bona ad solutionem dotis vendere, posse a fortiori annuum redditum suum per eis imponere, cum sit alienatio minus praedicta, & in discursu cumulat praedicta fundamenta, quod assensus exteditur ad redditus ex capitali nascentes, & dicit ita fuisse decissum.

30 Et motium deciss. Chancelleriae insinuatum a d. D. authore eadem disputat. 37. n. 16. consistit in mora uxoris circa petitionem dotis, quod vel est incertum, vel debet intelligi, & declarari quando mora est culpabilis, & supina ita ut culpa notabilis in ea possit



clusam remansisse à prædictis usuris, per l. qui per collusionem, §. pretij sortem, ff. de actionibus empti, l. terminato, C. de fructibus, & litium expensis, l. 4. C. depositi, cum vulgaribus.

34 Sed respondetur. Primò, transactionem super dote limitatam fuisse, & in ea nullam factam fuisse usurarum mentionem, nec renuntiationem, & sic peti posse, quia limitata cautela, limitatum producit effectum, l. in agris, ff. de acquirend. rerum domin. l. agere cum Geminiano, C. de transact. & in specie quòd transactio super vna re vel causa, non extendatur ad aliam probat text. in l. si decerta, C. de transact. Bart. in l. Aurelio, §. Caius, num. 10. ff. de liberat. legat. Rota apud Farinac. decis. 110. tom. 2. in recentior. & quæ dixi supra allegat. precedenti num. 108.

35 Secundo, quòd tunc intelligitur usuras esse remissas, per receptionem sortis principalis quando debentur officio iudicis, & sic sunt accessoriae ad sortem principale: at verò quando redditus debentur iure actionis, ex pacto dispositione legis, vel consuetudinis, tunc peti possunt etiam recepta sorte principali, vt probat text. in l. qui per collusionem, §. pretij sortem, ff. de action. empti. ibi: Cum hæ non sint in obligatione, l. centum Capue, ff. de eo, quod certo loco, l. si marito, §. si fundum, soluto matrimonio, Fontanela de pactis nuptial. tom. 2. claus. 6. gloss. 2. p. 6. num. 47. legendus ex num. 42. Ruginell in pract. quest. cap. 14. num. 37. versic. Quia sententia omnium, Trentacinq. lib. 3. variarum titulo de solut. resolut. 9 num. 6.

36 Et sic cum debeantur vxori usuræ dotis soluto matrimonio iure actionis, non dicuntur remissæ per receptionem sortis principalis, & quòd debeantur iure actionis probatur ex textu expresso in l. si marito, §. si fundum soluto matrimonio, ibi: Si fundum dotalem recepisset mulier non habita ratione fructuum proportionem anni, quo nupta non fuisset, nihilominus de dote agere potest, quia minorem dotem recepisset, hoc enim ad dotis augmentum pertinet, & illic gloss. resoluit usuras huius dotis deberi nõ officio iudicis mercenario, sed alio penitus diuerso, nimirum ex lege, & ex stipulatu æquè principaliter cum ipsa sorte, sequuntur ibi Doctores, lasso in rubrica soluto matrimonio num.

37. & ibi Barbof. 3. part. num. 62. Magon. decis. Florentina 83. vbi latè comprobat remissionem usurarum non induci per receptionem sortis, Rota per Farinac. decis. 80. num. 2. part. 2. in recentior. & apud Ludouic. decisio. 93. num. 2. & ibi Aldit. num. 10. dicit Rotam fuisse sequentem hanc opinionem negatiuam, Giurba decis. 65. num. 18. & 19. Ruginell. in practicar. cap. 14. num. 35. Christophor. Marc. de Medicis decis. Senensi 60. per tot. qui latè probat quòd lex cum quidam, §. Diuus de usuris, & alij textus qui remissionem usurarum inducunt per receptionem sortis, procedunt in usuris

odiosis, & poenalibus, non autem in redditibus recompensatiuis, & per totam decisionem latè hanc fundat opinionem, quòd quamuis aliqui Doctores loquantur in dotis receptione quam facit maritus, idem procedit respectu vxoris, ex identitate rationis, quæ maior est in vxore, quia iure communi bona dotalia soluto matrimonio restituantur, & sic ad eam fructus iure actionis pertinent, dict. §. si fundum, & in indiuiduo, ita ponderat Merlin. controuers. cap. 28. num. 21. & 22.

37 Tertio, quòd in Hispaniæ Regno obtinuit consuetudo soluendi usuras, & emolumenta viduis pro dotis retardatione vt supra, etenim extante tali consuetudine iam interusura dicuntur deberi iure actionis, & possunt peti in alio iudicio, etiam recepta sorte, vt in terminis tradit Gratian. disceptationum forensium, tom. 1. cap. 130. num. 35. ibi: Et dummodo non finis in inter usuris, quæ petuntur, vel tanquam debita vigore alicuius consuetudinis, nam tunc quoad ista, etiam soluta sorte, & nulla quoque facta reservatione de illis, remaneret semper saluumius quoad interesse. Socinus consilio 45. num. 12. lib. 4. latè Claudius ad Bertaçol. consil. 162. colum. finali, versic. Quarta & vltima, Gratian. refert, & sequitur Fontanela de pactis nuptialibus, tom. 2. claus. 6. gloss. 2. part. 6. num. 37. versic. Adde Stephanum Gratianum, pagina mihi 429. & Rota apud Farinac. decis. 80. n. 2. & 4. part. 2. in recentior. & apud Ludouic. dicta decisio. 93. num. 2. 3. & 4. vbi aliud fecerat fundamentum ad probationem suæ sententia, quòd debebantur usuræ etiam recepta dote, quia erat statutum, quòd eas taxabar, & ita poterant peti conditione ex illo statuto, & hoc rectè explicat Merlin. controuersiarum dict. cap. 28. num. 21. & 22. ibi: Et in specie proposita in l. si marito, §. si fundum soluto matrimonio, per quem ipse mouetur, fructus fundi dotalis mulieri restituti per diuortium factum, non debentur officio iudicis, sed iure actionis introducta à lege ex decisione textus in l. diuortio, eodem titulo, & vbi fructus, vel usurae debentur vigore legis, statuti, vel consuetudinis alicuius, dicuntur deberi iure actionis, non secus ac si forent conuenti, ideoque soluta sorte principali remanet actio ad illos petendos, etiam nulla facta reservatione, prout censuit sacra Rota Romana decis. 80. &c.

38 Quarto, nam semper quando aliqua existit causa ad excusandam remissionem usurarum, excluditur prædicta remissio, & peti possunt, vt per Menoch lib. 3. præsumptio. 25. num. 11. ad finem, & nulla melior causa ad excusandam talem remissionem considerari potest, quàm quòd tanto tempore pro sua dote D. Catherina litigasset, & compositionem difficillimè consequuta fuerit.

39 Quinto, quòd iuxta resolutionem Menochij d. præsumptione 25. num. 11. ignorantia de-



debiti usurarum est causa exclusiua remissionis, sequitur Rugiel. *in practica capit. 14. num. 36.* & certum est D. Catherinam omni tempore petitionis dotis, & factæ transactionis hoc ius ignorasse.

40 Sexto, quia prædicta D. Catherina (vt notum est) habet filios ex matrimonio Francisci de Guillamas, quod præsumptam donationem, & remissionem excludit ex materia, *l. si vnquam, C. de reuocand. donat.* vt in specie aduertit Lupus *de usuris commentar. 1. §. 4. num. 83.* Valascus *consultat. 84. ad finem.* Fontanela *de pactis nuptialib. claus. 6. gloss. 2. part. 6. num. 32. pag. 428.* Marcio de Medices *dict. decis. Senes. 60. num. 27. & 28.* Merlin. *controuerf. cap. 28. num. 9.*

## ARTICVLVS IV.

41 **I**nscriptura dotis D. Catherinæ est promissio arrharum, vsque ad quantitatem duorum millium ducatorum, & pro eis, omnibus posterioribus creditoribus habet prælationem, vt probatur *in l. 29. ad finem, tit. 13. part. 5.* rectè notat Castillo *tom. 3. cap. 4. num. 33. & 34.*

42 Dubitatio consistit in hoc, an pro solutione arrharum præferri debeat fisco nõ probato per D. Catherinam illas non excedere decimam bonorum sui mariti partem de tempore promissionis.

43 Certior, & vera resolutio est, quod mulier quæ pro se instrumentum publicum habet in quo promittuntur arrhæ, & maritus confitetur, non excedere decimam partem bonorũ, absque alia probatione obtinebit, quia præsumitur certam esse confessionem, & creditores contrarium asserentes probare debent, ex clara decisione textus *in lege cum de lege Falcidia, ff. de probationibus,* vbi legatis relictis à testatore in tertia parte bonorum, & hæredi solum data quarta falcidia, legatarij ad legatorum exactionem sufficiens fundamentum habent in testamento, & testatoris assertionem, & hæres qui in excessu fundatur, eum probare debet: & per hanc legem Couarru. *lib. 2. variar. cap. 6. num. 7.* resoluit mulierem non ege- re probatione attingentiæ arrharum, & sufficere ei instrumentum promissionis earum ad exactionem quantitatis promissæ, sequitur Baeza *de non meliorandis cap. 36. num. 19.* Gutierrez *de iuramento 1. part. cap. 1. num. 23. & practicarum lib. 3. quæst. 46. num. 4. & sequent.* Matienço *in l. 1. tit. 2. lib. 5. Recopilat. gloss. 7. ad finem,* Ayora *de partitionibus 1. part. cap. 7. num. 27. & sequentibus,* Sanchez *de matrimonio lib. 6. disputat. 53. num. 4.* vbi dicit esse hanc verriorem, & probabiliorem sententiam, Flores de Mena *ad Gammam decis. 201. num. 2.*

44 Et quando pater assignat bona ad meliorationem, præsumitur nullum esse excessum, Angulo *in l. 11. de las mejoras, gloss. 2. nu.*

20. & sequent. & hæredes qui asserunt legatum quintum excedere, probare debent, quia contrarium præsumitur, Gutierrez *de iuramento dict. cap. 1. num. 25. & 27.* Surdus *decis. 316. per totam,* vbi hoc argumento vtitur ad sustinendum quoddam fideicommissum in præiudicium legitimæ filiorum.

45 Allegari solet contra mulierem ad has arrhas, glossa *in dict. l. cum de lege, de probationibus,* quatenus asserit hæredem dicentem in casu illius textus tot esse bona, & tot esse legata, satisfacere, quia glossa intelligi debet quando hæres probat legitimè bona relictæ per exhibitionem inuentarij, vel alio modo, aliàs enim est contra illum præsumptio, quod intret legatum, sine eo quod in falcidia præiudicetur, quam glossam sic intelligit Alexand. *in l. si constante, num. 7. Iaso num. 131. Ripa num. 27. soluto matrimonio,* Pacian. *de probationibus lib. 1. cap. 46. num. 40.* Barcio *decisio. 105. num. 20. vers. Secundo dictum fuit.*

46 Quibus conuenit, quod existentibus adminiculis pro non excessu promissionis arrharum: tunc absque dubio promissio plenariè probatur in fauorem mulieris, Sanchez *dict. disput. 35. num. 5. vers. Secundus est.*

47 Et per bonorum sequeltrationem factam ad instantiam D. Fiscalis constat de magna summa bonorum, & de patrimonio, quod prædictus Franciscus de Guillamas habuit, & hoc sufficit, quia promissio arrharum, non solum intelligitur ex bonis possessis à marito tempore promissionis, sed etiam ab eo postea acquisitis, *l. 2. tit. 2. lib. 3. fori,* cuius est singularis casus, vt notat Rodericus Suarez *in l. 1. eiusdem tituli, versic. Nota vltius,* & hæc lex notabilis est, & quotidie practicatur, vt per Antonium Gomez *in l. 51. Tauri num. 13. versic. Vnum tamen est,* Matienço *in l. 2. tit. 2. lib. 5. gloss. 1. num. 5.* Gutierrez *practicar. lib. 3. quæst. 42. num. 2.*

48 Et quando, vt in hoc casu, promissio est bonorum præsentium, & futurorum, tunc sufficit quod in quolibet tempore bona habeat maritus, vt intelligatur arrhas deberi, vt tradit Matienço *dicta gloss. 1. num. 5.* Azueved. *in dict. l. 2. num. 24.* Roderic. Suarez & cæteri DD. relati, qui loquuntur in hoc casu.

49 Nec obstat dicere, quod in bonis futuris fiscus melius ius habet quàm D. Catherina, ex *l. si is qui, ff. de iure fisci,* nam fiscus vt actor, probare debet bona acquisita fuisse post obligationem ad fauorem fisci, aliàs enim præsumitur, quod hodie possessor, fuit olim possessor, per textum cum glossa *in l. uti possideris, C. de probationibus.*

50 Additur quod pro arrhis mulier habet tacitam hypothecam in bonis mariti, vt per Antonium Gomez *in l. 52. Tauri, num. 41.* Rodriguez *lib. 3. quæst. 7. num. 54. versic. Vnde tacita hypotheca, quæ datur pro dote,* Gutierrez



practicarum lib. 2. quæst. 17. num. 5. ubi num. 6. addit, quod in hac tacita hypotheca comprehenduntur mariti bona, non solum præsentia, sed etiam futura.

§ 1 Etenim quando creditor præter antelationem temporis habet, aliud privilegium in suo credito, præfertur filco in bonis, per debitorem postea quæsitis, ut probat ad litteram, textus in l. fin. in principio, ff. qui posteriores in pignore habeantur, cuius est hic verus sensus, ut per Gaito de credito cap. 4. quæsto 11. num. 1548 Merlin. controuers. 2. num. 35 Rota per Burat. decis. 639. num. 18 19 & 20 Belon. Junior consil. 41. num. 27. & quamvis hic author varios intellectus adducit ad legem si is qui, omnes intellectus fauent D. Catherinæ.

§ 2 Extante igitur debito arrharum in consequentiam veniunt redditus, & earum usuræ, ut per Thesaur. decis. 45. num. 3 ubi dicit, bis ita fuisse iudicatum per Senatum, Rodrig. de annuis redditibus lib. 3. quæst. 7. num. 54. versic. Amplia secundo, Amato capit. 49. num. 99. Additio ad Buratum decis. 65. num. 5.

§ 3 Ex quibus concludimus prouidendum in fauorem D. Catherinæ. Prout ad fauorem ipsius decisum fuit per sententias visionis, & reuisionis Senatus Regij patrimonij, quoad redditus, & interesse dotis tantum, præcipiendo, quod à die fallimenti mariti, illi soluerentur ad rationem 5. pro centenario, & quoad arrhas succubuit, quia praxi receptor est opinio, quod vxor debeat probare quantitatem bonorum mariti, quando non est in possessione, & eas ut actrix petit.

#### SVMMARIVM Allegationis XVIII.

- 1 Diuisio allegationis proponitur, & num. 2.
- 3 Situs, & soliquantitas probatur ex relatione agri mensuris, & num. 4.
- 5 Testis deponens de peritia artis probat dicendo de credulitate.  
Cap. quoties, de testibus expenditur.
- 6 Confinia probantur indicijs, & coniecturis.
- 7 Iuramentum in litem deferri debet aduersus procedentem dolo, & num. 8.
- 9 Inspectio ocularis est euidentis probatio delineandi terminus, usque ad 14.  
Iudex ex officio partibus, non petentibus potest situm inspicere adhibitis testibus.
- 25 Planta probat quantitatem situs.  
Gratianus tom. 3. c. 595. n. 5. expenditur.
- 16 Valor rei probandi modus remissionis proponitur, & num. 17.
- 18 Testes dicentes tantum rem valere, & tanti æstimari communiter, valorem probant.
- 19 Valor rei probatur ex maiori testium numero super eo deponentium.  
Et dicentes de diuersis summis probant mediam, & non infimam.
- 20 Valor rei ex peritorum depositionibus probatur.
- 21 Periti præsumuntur scire rei valorem, & non

- tenentur depositionis rationem reddere.
- 22 Valor rei probatur ex valore prædiorum vicinorum, usque ad num. 25.
  - 26 Valor rei probatur ex pulchritudine situs.  
Farinac. decis. 227. num. 4. post medium, tom. 2. in posthum. expenditur.
  - 27 Peritis iniquè taxantibus standum non est.
  - 28 Peritorum maiori numero standum est.
  - 29 Peritis meliorem rationem reddentibus standum est.
  - 30 Pretium debet attendi secundum tempus celebrati contractus, & num. 31.
  - 32 Læsione probata per actorem, non attenditur probatio rei.
  - 33 Quia ius actoris est fauorabilius cum agat de damno vitando.
  - 34 Probationes læsionis arbitrarias esse iudici, plures resolvunt.  
Pinel. in l. 2. C. de rescind. 3. part. capit. fin. num. 14. expenditur.
  - 35 Valor rei non probatur ex pretio locationum & num. 36.
  - 37 Domus illustres, & sumptuosæ non æstima-  
tur ex pretio locationum, sed ex valore, & æstimatione edificiorum, & ex alijs circumstantijs, & num. 38.
  - 39 Platea in l. 2. C. de prædijs nauicul. lib. 11. explicatur.
  - 40 Gemma, accipitres, equi, & aliæ res infructifera æstimauntur ex affectione, & num. 41.
  - 42 Censuræ rectè constituitur pro pretio rei vendita, quamuis illius redditus sorti non correspondeant, & num. 43.
  - 44 Res iudicata solum præiudicat citatis.
  - 45 Condemnatus ad celebrandum contractum, non excluditur à remedio læsionis.  
L. si conuenerit, & ibi glossa, ff. de re iudic. expenditur.  
Verba sententiæ debent intelligi, prout ius intelligit.  
Rota decis. 192. num. 4. & decis. 524. num. 4. in posthum. Farinac. expenditur.
  - 46 Minor potest petere restitutionem in integrum aduersus transactionem, per rem iudicatam confirmatam.
  - 47 Sententia Commissariorum Apostolicorum, qua declaratur bona Ecclesiæ posse alienari propter euidentem utilitatem, retractari potest, constito de Ecclesiæ læsione.
  - 48 Sententia, non obstat in eo quod non potuit in illo iudicio discuti.
  - 49 Sententia interpretatur ex his, quæ ex actis resultant.  
Glossa in l. si quis ad exhibendum, ff. de exceptione rei iudicat. exornatur.
  - 50 Sententia aliquid decidens per modum causæ, non operatur exceptionem rei iudicatæ, nisi super eo adsit expressa petitio, plena causæ cognitio, & prosecutio.
  - 51 Sententia in causâ executiua non præiudicat in ordinaria.



- 52 Reus condemnatus in via executiua, potest in via ordinaria solutum repetere.
- 53 Læsiō non excluditur, per sententiam iudicis qua contractus confirmatur, si super rei valore non fuerit plenè cognitum.
- 54 Sententia ex falsa causa interposita nō obstat.
- 55 Renuntiatio l. 2. C. de rescind. debet fieri in instrumento separato, ut præiudicet, iuxta opinionem Calcanæi.
- 56 Renuntiatio læsiōis non præiudicat quando est ultra dimidiam.
- 57 Renuntiatio nil operatur extante enormissimæ læsiōis.
- 58 Enormissimæ læsiō, quæ sit, explicatur.
- 59 Læsiō enormissimæ quæ sit, relinquatur arbitrio iudicis.
- 60 Renuntiatio læsiōis, nihil nocet mulieri, & negotiorum imperito.
- 61 Læsiō quæcumque sufficit ad rescissionem contractus celebrati per procuratorem.
- 62 Procurator constitutus ad vendendum debet uti mandato bona fide.
- 63 Estimato electus ad estimationem rei si in estimatione læserit, potest ab eius arbitrio recedi.
- 64 Et in hoc sufficit læsiō in sexta parte.
- 65 Venditio pro pretio, quod Titius taxauerit, idem est ac si Titio mandatum daretur ad vendendum.
- 66 Læsiōis enormissimæ remedium præscribitur 30. annis.
- 67 Pretium legale transgredi non potest, & qualibet læsiō rescarcienda est.
- 68 Quod etiam comprobant plures Theologi.
- 69 Vendere rem propriam compulsus, iustum pretium debet accipere.  
L. si quis sepulchrum, ff. de relig. & sumpt. funerum exornatur.
- 70 Actio non competit ad compellendum aliquem ad vendendam rem propriam, sed solum iudicis officij imploratio.  
Et venditor indemnis debet conseruari, & num. 72. & 73.
- 71 Venditor non dicitur indemnis conseruari, ex solutione iusti pretij, sed debet etiam ab alio damno extra pretium liberari.  
Læsiō in sexta parte, in venditione iudiciali, eam rescindit.
- 74 Compulsis vendere, debent omnia damna rescirci, & pretium quod ex sua re poterant recipere ex sua industria.
- 75 Compulsis vendere, debet solui pretium iustum de presenti, & non ad creditum.  
Glossa in l. 1. verbo, necessitatem, C. de comuni seruo manumisso, exornatur.
- 76 Solutio in nominibus debitorum loco pecuniæ, quæ de presenti erat soluenda auget læsiōem, & num. 77.
- 78 Pecunia præsens plus valet quam ea, quæ ad annum soluenda est.
- 79 Exactio pecuniarum minutatim facta, plura incommoda affert.
- 80 Pretium rei diminuitur ex difficultate conueniendi debitorem.
- 81 Dolus dans causam contractui bonæ fidei, illum rescindit, & num. 82.  
Et qualibet læsiō, etiam intra dimidiam debet emendari.  
Covarru. lib. 2. variar. cap. 4. sub num. 11. vers. Quinto quod ad finem, expenditur.
- 83 Metus reuerentialis est in contractu à superiori, cum inferiori facto.
- 84 Marsilius singulari 645. expenditur.
- 85 Ciriaco controuers. 291. num. 55. tom. 2. pāderatur.
- 86 Metus reuerentialis cum læsiōe sufficit ad rescissionem contractus.
- 87 Franchis decis. 243. num. 4. & 5. expenditur, & num. 88.
- 89 Iudex debet pronuntiare super petitis, usque ad 92.
- 93 Recedere censetur à contractu illum non implens, usque ad 95.
- 96 Contractus nominati ex non implemento non rescinduntur.
- 97 Sed fallit quando qualitas, non impleta fuit causa finalis contrahendi.
- 98 Et quando adest clausula resolutiua.
- 99 L. curabit æquitas explicatur.
- 100 Interesse pretij non soluti ex venditione rei sterilis debetur, quando res sterilis venditur non ad fructus percipiendos, sed ratione alterius commoditatis, usque ad 102.  
Covarru. lib. 3. var. c. 4. n. 3. declaratur.
- 103 Redditi pretij rei sterilis debet emptor soluere quando venditor cum pecunia esset lucraturus.
- 104 Emptor, re emptæ utens contra voluntatem venditoris, tenetur redditus pretij soluere, & num. 105.
- 106 Emptor rei sterilis debet venditori pretij interesse soluere ratione damni emergentis, & lucri cessantis.
- 107 Et quando est in mora soluendi pretium.
- 108 Interesse lucri cessantis in Hispania habetur pro verificato ex frequentia emptionum annuorum reddituum.
- 109 Venditione rescisa ex enormissimæ læsiōis, interesse, & fructus debentur.  
Læsiō enormissimæ dolo equiparatur.
- 110 Fiscus in suis contractibus interesse debet quando ex dispositione iuris causatur.  
Regens Constantius in l. 1. C. pœnis fiscalibus creditores præferri lib. 10. num. 160. extollitur.
- III Euentus causæ refertur.

## ALLEGATIO XVIII.

P R O

D. Didaco de Contreras, &amp; consortibus,

C O N T R A

D. Regij fisci Patronum.

T 3

EPI